



**Gratulatio Martini Buceri ad ecclesiam Anglicanam, de  
Religionis Christi restitutione: et, Responsio eiusdem ad duas  
Stephani episcopi Vintoniensis Angli co[n]viciatrices  
epistolas, de coelibatu sacerdotum & coenobitaru[m] : in qua  
demonstratur, S. coniugij abstinentiam contra Dei & Ecclesiae  
leges exegi ab omnibus sacerdotum & admissis &  
admittendis.**

<https://hdl.handle.net/1874/433473>

# GRATVLA

TIO MARTINI BV CERI AD EC  
clesiam Anglicanam, de Religionis  
CHRISTI restitutione:

Et,

## RESPONSIO EIVSDEM

AD DVAS STEPHANI EPISCOPI  
Vintoniensis Angli cōuiciatrices Epistolas,  
De coelibatu sacerdotum & cœnobarū: in  
qua demonstratur, S. coniugij abstinentiam  
contra Dei & Ecclesiæ leges exigī ab omni-  
bus ad sacerdotium & admisis,  
& admittendis,

HEBR. XI.

*Honorabile est inter omnes coniugium, & cubile im-  
pollutum. Scortatores autem & adulte-  
ros iudicabit Deus.*

1 5 4 8.

GRATA

TIO MARTINI BVGERI AD BO  
cliam Anglicanam, de Religionis  
CHRISTI religionem

Et

RESPONSIO BIVSDEM

AD DVM STEPHANI EPISCOPI  
Venerabilis sanctissimi Episcopi  
Dilectissimi sacrosancti Concilii in  
parlamentum, & consilium adunatum  
contra Dei & Ecclesie leges exigi ab omni  
bus ad sacrosanctum & adunatum  
& adunatum

HEBET

...

1743

# SANCTAE DEI ECCLESIAE

ANGLICANAE, RIVS' QVE ADMINI-

stris, augeat Dominus noster Iesus Christus gra-  
tiam suam, & spiritum, Amen.



NGENTES agimus merito gra-  
tias Deo, & patri Domini nostri  
Iesu Christi, per hunc filium eius, &  
servatorem nostrum, fratres pluri-  
mum colendi & charissimi, pro mi-  
rificata illa consolatione, quam pro  
immensa sua bonitate ex eo no-  
bis hoc tempore affert, quod regni sui apud uos  
fundamenta reparat, & reconcinnat, tam praclare,  
tam solide & feliciter. Nacti enim sumus his diebus  
eas conciones, quibus populum uestrum ad lectio-  
nem D. scripturarum, pie & efficaciter adhortami-  
ni: fideque, qua Christiani sumus, iustificationem, qua  
salus nobis omnis constat, & caetera religionis no-  
strae prima capita eidem sanctissimè explicatis. His ue-  
ro fundamentis rite repositis, quid possit in uestris  
Ecclesijs ad plenam, cum doctrinae, tum disciplinae  
Christi superaedificationem diu desiderari? Nam  
cum, qui uolet Christi esse, legent, ut pie docetis, &  
magna uis suadetis, Diuinas scripturas, easque cum  
humanae sapientiae decretis tanto anteponent, quan-  
to est Deus maior homine, optimus & benignissi-  
mus Magister noster caelestis, Iesus Christus, suum  
illis spiritum tam large adflabit, eum qui in omnem  
inducit ueritatem, ut hinc eruditi ad salutem per fi-  
dem, indies plenius, ut homines Dei, iuxta promissio-  
nem eiusdem spiritus sancti, quae est per Apосто-  
lum

*Restituito  
doctrinae  
Christi per  
Angliam.*

2. *Timo. 3.* lum Paulum prodita, perficiantur, atq; ad omne o-  
*Fides uera* pus bonum instruantur, & adaptentur. Ad quam  
*rité doce-* felicitatem illis, & eo plurimum confertis, quod fi-  
*tur, & à* dei ueræ & Christianæ naturam, ac uim, quæ prima  
*falsa sepa-* ex Diuinis scripturis discenda est, eis tam dilucide  
*ratur.* & grauiter exponitis: eamq; à fide mortua, tam reli-  
 giose separatis. Iam his cum subiicitis, & euidentissi-  
 mis scripturarum testimonijs confirmatis, in quan-  
 tum sumus omnes miseriam, & mortem primi parē-  
 tis peccato præcipitati: tum, quod ab hac perditio-  
 ne, sola Dei gratia, & filij eius merito, & resurrectione,  
 uindicamur, atq; in Dei conspectu iustificamur,  
 inq; filios & hæredes ab eo cooptamur: denique,  
 quæ esse oporteat studia & opera sic iustificationum  
 & renatorum: hac ipsa doctrinæ Christi ad eò plena  
 & dextra restitutione, regnum Christi uestris ho-  
 minibus totum sic refertis, ut nullæ ueteris fermenti  
 reliquiæ, in ulla uel ceremoniarum, uel disciplinæ  
 parte possint diu herere.

*Repurga-*  
*tio sacramē-*  
*torum.*

Quis etenim uestrorum hominum nesciat, post-  
 hac sacramēta Dei sic omnino debere administrari,  
 uti Christus ipse ea nobis commēdauit & tradidit?  
 Vt his nimirum eius gratia, & saluifica cōmunicatio  
 omnibus, quos deceat eis participare, prædicetur,  
 exhibeatur, atque obsignetur, & intelligentissimè,  
 & religiosissimè: ita scilicet, ut ad indubitaram  
 fidei, atque totius pietatis instaurationem, quàm  
 plurimum illa conferant: Quis item ignoret, cæte-  
 ras quoque omnes Ecclesiarum ceremonias, cun-  
 ctamq; disciplinam, tam populi, quàm cleri, eo o-  
 portere reparari, retineri, & exerceri, ut & Euan-  
 gelium, & sacramenta Christi, eo augustius, &  
 san-

sanctius, cum administrantur, tum excipiuntur?

Quam beatam donorum & operum Christi consecutionem, uetus humani generis hostis non ignorans, illud ut pridem, ita & hoc seculo efficere totis uiribus elaborat, ne homines Diuinas scripturas legant: aut saltem ne legant, ut quæ uel ad salutem nos satis doceant, & instituant: uel etiam intelligi sanè queant ex se ipsis, non adhibitis Ecclesie, quas falso uocant, traditionibus, & interpretatione. Quibus enim persuaserit, eas Ecclesie nominatas traditiones, pari, atq; ipsam Dei scripturam, reuerentia atq; autoritate excipiendas, & habendas, item nullam esse sanam scripturarum interpretationem, quam non nomine uniuersæ Christi Ecclesie comprobaret sedes Romana: his nouit facile quiduis deinceps imposturarum suarum sub istis titulis, ecclesiasticæ uel traditionis, uel interpretationis, obtrudere: atq; ita abstractos sensim à Dei uiuifico, siue uerbo, ita etiam imperio, suæ exitiali tum doctrinæ, tum tyrannidi, per omnia addicere.

Quib. maxime uis & dogmatis Satan Christi regnum abarceat.

Fucus traditionum, et interpretationum Ecclesie adscriptarum.

Nam his statim, ut uideamus, confirmat dogma illud suum de fide mortua, ut putent, qui hac præditi sint, hoc est, qui se, quæcunq; credenda sedes Romana proponat, siue de scripturis, siue de suis commentis, omnia tenere dicant: eos tametsi ueram, uiuamq; Christi fidem factis manifestè pernegent, tamen & esse, & haberi debere, nõ è uulgo modo, uerumetiam ex summis Ecclesie principibus, siquidem in eum locum semel fauente Rom. sede inuaserint.

Dogma de fide mortua.

Cui subiungit mox alterum principem animarum laqueum, dogma illud de infinita cleri sui, maxime autem Romani Pontificis, dignitate, immunitate, et

De infinita cleri, & Romani

potestate: ut credant, quoscunq; Rom. Pontifices in clero suo semel agnouerint, eos non nisi ab ipso Romano Pontifice, & hunc a nemine omnino hominum posse iudicari, & corrigi, nec a Synodo quidem: etiamsi multa ille animarum milia pertrahat secum ad gehennam. Nec coelum cuiquam posse patere, qui illud non eius quoq; fauore adiutus, & ipsius ceremonijs expiatus adierit. Eas deniq; coeli, terrae, & abyssi clauis tenere, ut penes eum sit, cunctas & leges & imperia refigere, & mutare suo arbitratu: Dominumq; proprium esse mundi totius, uerumq; possessorem opum mundi omnium: iamq; nec hominem, nec Deum, imò Deum terrenum.

*Distinctio  
ne 40. 51.  
papa.*

*Vita eorum  
qui Papae  
pae Christi  
sto fidunt.*

His laqueis homines irretiti, uitam ferè imitatur eorum, quos duces sibi ad uitam beatam existimant propositos: tamen, quanquam manifestis sceleribus & flagitijs filium Dei conculcent, & sanguinè eius prophanium ducant, propitium sibi Deum, & in futuro uitam beatam, post tolerabilem purgationem, pollicentur: dummodo in Romanae sedis obedientia perseverantes, & approbati ab eadem sede ceremonijs, utcunque communicantes, eius sedis Indulgentias, & Diuorum intercessionem, uijs quas eadè sedes praescribit, sibi comparauerint, & perceperint. Hinc se eò impietatis & peruersitatis pars populi Christiani nominis longe maxima praecipitarit, ut & Turcis propterea abominabiles simus.

*Gratiarum  
actio, de  
Restitutio-  
ne Regni  
Christi a-  
pud Britan-  
nos.*

Maximas itaque debemus agere gratias Deo, & Seruatori nostro pro uobis, quibus dedit istis tenacissimis aliàs Satanæ uinculis tam feliciter diruptis, & teterrimis illis tenebris depulsis, traducere uos, et uestros sub beatum iugum Domini nostri Iesu Christi,

sti, in regnum lucis & liberatis sempiternæ: sic uide-  
 licet restituta & commendata omnibus D. scri-  
 pturarum & lectione, & auctoritate, & ex his tam  
 sanctè & dextrè explicatis primis Christianæ doctri-  
 næ capitibus, de uera in Christum fide, de humani  
 generis per primum & terrenum Adam perditio-  
 ne, de electorum per alterum & cœlestem Adam re-  
 stitutione & innovatione, deq; restitutorum & in-  
 nouatorū officijs. Iam enim uestri homines quicūq;  
 ista tanta Christi per uos beneficia grati susceperint,  
 erudientur de his ipsis D. literis, indies plenius, ad  
 omnem pietatem & salutem: & instruentur ad om-  
 ne opus bonū tum publicè, tum priuatim: idēq; cū  
 fide robusti, tum imbecilli. Ex his enim, ut secun-  
 dum D. Fulgentium pie prædicatis, non minus su-  
 gūt Christi infantes lac suū, ἢ λογικόν ἄδολον, quàm  
 percipiunt grandiores fide cibum solidum, cibū ui-  
 tæ æternæ.

Quapropter Deum, & patrem nostrū per filium  
 eius seruatorem nostrum precabimur, ut quod cœ-  
 pit in uobis, opus bonum, restituendo regnum filij  
 sui, dignetur etiam quàm primum perficere, & usq;  
 in diem filij sui perfectum seruare. De quo Domini  
 opere apud uos tam feliciter cœpto, mētione[m] qua-  
 lem cunq; hoc loco facere institui, duabus de cau-  
 sis. Vna, ut admirandam illam, & omnibus Christia-  
 nis maximopere celebrādam Dei in uos beneficentiam,  
 pro consolatione multorum filiorum Dei, ut-  
 cunq; commemorarem. Altera, ut uos appellaturus  
 de uestrate homine, Domino Stephano Vintoniensi  
 Episcopo, à plausibiliōri, consentaneo tamen  
 causa loco, ordiret,

Per



9  
Permuli uestrum legerunt pridem indubie, duas huius uiri Epistolas, in me perquam saue couiciatrices: nec nulli uestru, ut aliquoties sum monitus, mirati sunt, cur respondere ei hactenus distulerim. Huius coperendinationis causam nunc putauit mihi esse dicendam: maxime, cum in prosecutione ceptae Ratisponae disputationis, de natura & ingenio fidei iustificatricis, hoc est iustificantem nos Dei misericordiam in Christo Domino ita solide apprehendentis, ut certos nos reddat salutis sempiternae, huius quaedam sophismata confutarim, quibus orthodoxam ille nostram confessionem, uereque Apostolicam doctrinam conuellere est conatus.

*Causae, cur  
dilatata sint  
confutationes  
criminationum  
Vintonien-  
sis in Buce-  
rum.*

Aggressus sum certe aliquoties ei & de coelibatu, atque alijs de locis, de quibus me tam dire est criminatus, respondere, eiusque sophisticam, & calumnias quales sint demonstrare: semper autem alia mihi negotia sunt obiecta, quae haud potuerim iudicare non propius ad meum pertinere ministerium, quam argutias refutare illius, non minus, quicquid de eis ipse gloriatur, inanes & fuitiles, quam irreligiosas, & calumniosas.

Sic enim cogitabam, qui istas tam impotentis odij calumnias, tamque turpiter sophisticas cauillationes legerint, causam quae inter nos agitur, uolent cognoscere, aut nolent. Si nolent, suae illis relinquendae sunt mendaciorum & calumniarum deliciae, nec conuenit eos defensione ueritatis magis irritare. Sin uolent, & homines sunt, quibus sit aliquod ueri & aequi studium, ex ipsis Vintoniensis scriptis, & ijs locis quos ex meo ille libro adducit, abunde cognoscet, illum sibi semel proposuisse, quaecumque a me quamlibet

bet



Etum, & habere in se, quib. functio sacerdotalis non parū adiuuetur: eamq; ob rem, Spiritū sanctū in dotibus & uirtutibus Episcopi primo loco ponere, ut honestus maritus sit, & pius frugiq; paterfamilias.

*Axiomata, quibus con-  
futatur lex  
papalis De  
cœlibatu sa-  
cerdotum.*

Docui rem ipsam euincere, non tot reperiri, qui se propter regnum cœlorum castrent, qualis cœlibatus solus idoneus est sacerdotio: quot opus sit religionis ministris. Planum feci deinde, spiritum sanctum iubere eos qui uruntur, & in periculo uersantur impuri cœlibatus, iungi matrimonio, nullis obstantibus. uel uotis, uel legibus humanis. Obieci postremo, cum scriptura Dei & canones, atq; S. patrū auctoritates, & eorum patrum, qui sacerdotes cœlibes maximopere requisierunt: quibus si locus detur, ut dari planè debet (uerbo enim & lege ipsa Dei hi canones & sententiæ nituntur) ex mille hodie sacerdotibus uix unum reperiri, qui possit in sacro ministerio relinqui: nec id tantum propter uitiosum & turpem eorum cœlibatum, uerumetsam quod sint mundi implicati negocijs, nulloq; pascendi gregis Dominici uel scientia, uel cura iusta præditi: ut qui cœlibatum suum nequaquam propter regnum cœlorum, sed propter opima sacerdotia, & Ecclesiasticas dignitates sunt amplexi.

*Demōstratio consulta  
tionis.*

Ex his itaq; indubitatis D. Doctrinæ axiomatis, et ex ipsis Dei decretis cōclusis, demonstraui, exigere hodie, ut cœlibatū uoueāt, quicūq; ad procurandas Ecclesias admitti debeāt: & hoc ministerio depellere, qui, quo sanctè uiuerēt, uxores in sacerdotio, uel post p̄fessionē monasticas, in Dño duxerūt: id tam nō posse legi ulli Ecclesiæ attribui, ut sit omnino dogma habendū Dæmoniorū: quo & Christi, et Ecclesiæ

fiæ leges miserrimū in modū sunt refixæ & conculca-  
tæ, atq; toto cleri ordine omnis sicut uitæ sanctimo-  
nia, ita etiam pietas profligata.

Contra hæc uerò, quid quaeso affert Vintonien-  
sis, quod nam horū axiomatū, quibus mea coheret, *Vintonien-  
sis nihil cō-  
tra funda-  
menta cau-  
sæ.*  
& cōcludit, euidentiss. demonstratio, annisus est cō-  
uelleret? Quid igitur causæ sit, cur respōdendo tam ir-  
religiosis & permaledicis illis captiūculis, & conui-  
cijs, bonas horas nō bene collocassem? Tamen, ut di-  
xi, ne deessem omnino fratrū uotis, respōsionē meā  
tantopere flagitantū, non semel uolui cœptam pri-  
dem respōsionem prosequi: quanq̃ nō dubitarem  
fratres illos, ut sic mihi hac de re instarent, moueri  
magis quadā aduersus importunissimas Vintonien-  
sis glorias indignatione, quàm ex eo quod uiderent  
meum silentium Ecclesiæ Dei multum obesse.

Institueram autem in mea ad Vintoniensem re-  
spōsione, locum de sacerdotum, & monasticis pro-  
fessorum cœlibatu, ante ad Latomum, ex D. maxi-  
mè scripturis tractatum (quanquam & in eo scripto,  
S. Patrum Ecclesiæq; authoritatem in loco adhibue-  
rim) & ex S. Patrum sententijs copiosius retractare, *Argumen-  
tū iustæ de-  
fensionis  
cōtra Vin-  
toniensem.*  
quæq; ante Diuinis demonstraui oraculis, nunc  
crebrioribus ueteris Ecclesiæ testimonijs commen-  
dare: tum etiam omnia, non Vintoniensis tan-  
tum, uerū & aliorum sophismata, hæctenus no-  
bis in hac causâ obiecta, quæ quidem ullam ue-  
rifimilitudinem habere uideantur, confutare.

Cum uerò de hoc opere paulo pōst edendo, præ-  
moneri fecissem Serenissimū & potētissimū Regē,  
clarissimæ memorię, Henricum huius nominis octa-  
uum: atq; ille respondisset, se malle, ut operis huius

*Regis Henrich. 8. p̄u. propositū.* editionem aliquantisper differrem: se enim sperare fore, ut de hac, & alijs religionis controuersijs, placatis aliquando animis colloquerer cum Vintoniense, & alijs doctis regni sui, ad quarendam piā in religione conciliationem, & Ecclesiarum instaurationem: cui proposito posset nō nihil officere, si Vintoniensis, cuius nec ipse in scribendo acerbitatē probarer, publico scripto contra nos amplius commoueretur. Accepto itaque hoc Regis responso, pio & sapiente, cum alioqui, ut memini, non uiderē me hoc labore singulare aliquod Ecclesijs operā precium facturum, institutum opus rursus seposui: maxime, cum interea plus satis negotiorum exhibitum sit, a necessarijs ministerij mei negocijs.

*Causa cur hic, & de coelibatu respondeatur.* Nunc autem cum in tractanda quæstione de Iustificacione, excusserim & Vintoniensis sophismata, quæ ille non tam contra nostram, quam Ecclesiæ Christi catholicam & orthodoxam doctrinam, in suis contra me scriptis, sua solita arrogantia, iactantius obiecit (nolui enim quicquam præterire, quod ab aduersarijs aliqua cū probabilitate uideri queat nobis de loco esse obiectū) uisum est his adijcere aliqua ad uos, & de coelibatu, falsoq; mihi ab eodem Vintoniens. intentata pseudologia: ne rursus ille bonis fratribus, importunis suis glorijs & insultatione molestus esset, iactitando, me ideo non & de his locis audere cum eo scriptis decertare, quod sentiam me in eis teneri ab ipso planè conuictum.

*Capita præsentis responsionis.* De quatuor uerò rebus responsionem nunc meam paucis dabo. Primum de eo, quod pie ac uerè affirmari, complures homines ita a Deo ad coniugium uocari, & donari, ut coelibatū uerè piū, id est, propter

pter regnum cœlorum suscipiendum, capere non possint. Deinde, quod etiam si constaret, unum, 2  
 quenque uerbum hoc sancti cœlibatus posse, si tantum uelit, capere, & donum eius impetrare, ut Vintoniensis contendit: tamen cœlibatum hodie cōtra Ecclesiæ ueteris auctoritatē exigī ab omnibus, qui in sacerdotium assumi debeāt, uel in eo retineri, qui ue monasticen sunt professi. Tertiò, de falso mihi 3  
 à Vintoniensi intentata pseudologia. Postremò 4  
 de genuina interpretatione loci illius: Qui autem firmus stat in corde suo, non habens necessitatem, sed potestatem habet propriæ uoluntatis, & hoc decreuit in corde suo, ut seruet suam uirginem, bene facit. Quibus pauca subiiciam & de his locis, Non est bonum homini esse soli, Bonum est homini mulierem non tangere: item, Propter fornicationem habeat quisque uxorem suam, &c.

Primum igitur, ut docerē, quā impia tyrannide cœlibatus exigatur promiscuē ab omnibus, qui quouis modo uel in monasteria sunt detrusi, uel sacerdotijs obtrusi, quem omnes cernunt nihil quā perniciosum esse Satanæ laqueū, quo ille in tam horrendam impudicitiam præcipitem dedit ordinē Ecclesiasticum, & monasticum propè totum: inter cœtera urbi dicta illa Domini, Non omnes capiunt hoc uerbum, sed quibus datum est. Item, Qui potest capere, capiat. Et dictum Apostoli: Volo omnes esse sicut me ipsum: sed unusquisque habet donum suum proprium, ille sic, alius sic.

De genuina interpretatione dictorum Christi, nō omnes capiunt hoc uerbū: &

Hæc ergo ueritatis nostræ fundamenta Vintoniensis subruere conatus, primū defendendam suscepit eam dictorum Christi, Nō omnes capiunt hoc

Qui potest capere, capiat.

uerbum, &c. & Qui potest capere capiat, interpreta-  
tionē, qua nōnulli hæc uerba (capere, & posse cape-  
re) perinde significare uolunt, atq; uelle capere. qua  
si Dominus dicere uoluisset, Non omnes uolūt hoc  
uerbum capere. Et qui uult capere, capiat. Atq; hinc  
calūniatur, me uelle hæc Domini dicta esse per ironi-  
am prolata: non secus, ac de re inexpugnabili uul-  
go dici solet, capiat qui potest capere, dum significāt  
neminem expugnaturum.

*In priore  
Vintonien-  
sis contra  
me Episto-  
la, cap. 11.  
Pag. 57. &  
58*

Ego uerò, ut quisq; legere potest, in meo ad La-  
tomum libro, nullum feci uerbum de ironia. quin di-  
ferte confessus ibi sum, multis dari, ut hoc uerbū ca-  
pian: sed nō omnibus. Urgeo autem ibi, quod Do-  
minus clare dixit: Nō omnes capiūt hoc, & Capiat  
illud qui potest. nec enim dixit, Non omnes uolunt  
hoc capere. & Qui uult, capiat.

*Vide in pri-  
ori Vinto-  
nienſis con-  
trame epi-  
ſtola, ca. 11.*

Cui autem dubium sit, Christum Dominum, ue-  
ri, sanctiꝫ; cœlibatus unicum largitorem, & summū  
comprobatozem, si in cuiusq; uoluntate hunc cape-  
re posuisset, nec longe pluribus decreuisset dare ca-  
stitatem capere coniugalem, non cœlibem, ad disci-  
pulorum dictum, si non liceat ingratam uxorem re-  
pudiare, præstare nullam uxorem ducere, responsu-  
rum fuisse, præstare hoc quidem, si id fiat propter re-  
gnum cœlorum, sed nolle hanc uiuendi rationē om-  
nes amplecti: ergo amplecti eam debere, qui uelint,  
se conantibus & laborantibus ope sua nō defuturū.  
Nunc autem non ita: uerū sic dixit, Non omnes ca-  
piunt hoc uerbum, sed quibus datum est. Ex quibus  
uerbis, si uim nullā eis facias, quid quæso aliud intel-  
ligas, q̄ Dñm dicere uoluisset, ideo nō omnes istius  
rei esse capaces, quia hoc nō det omnib, sed certis tā-  
tum

tū hominib. ad hoc uiuēdi genus diuinitus electis.

Atqui Vintoniensis criminatur, hanc interpreta-  
tionem ex meo desumptam esse cerebro: suam autē,  
traditam ab orthodoxis. Quod quam uanē scripse-  
rit, testentur idonei & uerē orthodoxi patres, ueritē  
& sancti coelibatus uerī sanctiq; adsertores.

D. Hieronymus certē perstrenuus coelibis uitæ *Hierony-  
mus.*  
propugnator, scripsit cōtra Iouinianū, eo libro, quo *mus.*  
ueri coelibatus dignitatē totis uiribus uindicauit: Si *cc. m. l. i.*  
omnes uirgines esse possent, nunquam & Dñs dice *cc.*  
ret, Qui potest capere capiat: & Apostolus in sua dē *cc.*  
do nō trepidaret. Idem scribens in hunc ipsum Mat-  
thæi locum, cum negasset hoc Dñi dictum, Eos mo-  
dò hoc uerbū capere, quibus datum sit, referendum  
esse ad fatum, uel fortunam, aut casum: sed intelligi  
debere his datum esse, qui orauerunt, qui uoluerūt,  
qui ut caperent laborauerunt: huiusq; suæ interpre-  
tationis rationem hanc subiecisset, quòd omni petē  
ti datur, & quærēs inuenit, & pulsanti aperitur: pau-  
lo pòst tamen, explicans illud, Qui potest capere ca-  
piat, hæc posuit: Vnde, inquit, infert Dominus, qui *cc.*  
potest capere capiat, ut unusquisq; consideret uires *cc.*  
suas, utrum possit uirginalia, & pudicitia implere *cc.*  
præcepta. Per se enim castitas blanda est, & quemli- *cc.*  
bet ad se alliciens. Sed considerandæ sunt uires, ut, *Nota, qui*  
qui potest capere, capiat. Hæc ille. Sēsit itaq; coelibat- *potest: non,*  
tum propter regnum coelorum susceptum, non dari *qui uult.*  
omnibus: quibus autem datur, his dari eum non  
fato, fortuna, aut casu, sed dono Dei: & dono, quod  
sit precibus, studio, atque labore cū percipien-  
dum, tum conseruandum. Quibus itaq; Deus spiri-  
tum suum, donū istud ex fide orādi & quærēdi adspi-  
rat,



rat, hi orant illud & exorant. Sed spiritū hunc Deus  
ijs tātum adspirat, quos ad cœlibem uitam uocauit:  
quemadmodum eos quos ad sanctum coniugium  
uocauit, afflat spiritu rogandi, & elaborandi pro ca-  
stitate coniugali. Efficit enim Deus in unoquoque  
per spiritum suum, quod ipse decreuit: & distribuit  
cuique sua dona, prout ipse uult, & cuique pro sua  
uocatione. 1. Corinth. 12.

*Hilarius.* Hinc & D. Hilarius in hunc eundem Matthæi  
locum scribit: Dominum nos eo admonere, similes  
fieri ei qui ultro decreuerit esse cœlebs, si tamē pos-  
simus: non dicit, si tamen uelimus.

*Augusti-  
nus.* Sic & D. Augustinus de adulterinis nuptijs, ca-  
pite 19. ad Pollentium, loquens de eo quod Apосто-  
lus scripsit, Qui dat nuptū, benefacit, qui nō dat nu-  
ptum, melius facit, scribit: Ad id quod amplius expe-  
dit consilio Apostoli, quicumque potest capere pro-  
uocatur. Vide, non ait, quosuis, sed eos modo qui  
possunt hæc uerba capere, ad cœlibatum, per Apo-  
stoli consiliū prouocari.

*Prouoca-  
tur qui po-  
test cape-  
re.*

*Gregoriū.* Hinc & D. Gregorius, libro De pastoralī cura,  
cap. 29. parte tertia, scribit, cœlibes esse à pijs & fide-  
libus pastoribus admonendos, ut si tentationū pro-  
cellas cum difficultate salutis tolerant, coniugij por-  
tum petant. Et sequenti capite eiusdem libri scribit:  
*Christus ne  
gavit esse  
omnium, ca-  
pere uerbū  
cœlibatus.* Audiant peccatorum carnis ignari, quod per semet  
ipsum de hac integritate ueritas dicit, Non omnes  
capiunt uerbum hoc. Quod eo innotuit summū es-  
se, quo denegauit, omnīū. Ecce testatur, Deum sim-  
pliciter negasse hoc donum esse omnium.

*Bernhar-  
dus.*

Hinc & Bernardus ad clericos, qui eius iam tē-  
pore cœperant ad sacros ordines currere sine reue-  
rentia,

rentia, sine cōsideratione: Vtinā, inquit, qui contine  
 re nō valent, perfectionē profiteri, aut cœlibatui da  
 re nomina uereantur. Sumptuosa quidem turris est,  
 & uerbum grande, quod nō omnes capere possūt. Nō omnes  
 In sermone ad clericos, de contēptu mundi, cap. 29. capere pos  
 sunt.

Videtis ergo religiosissimi fratres, quot S. & or-  
 thodoxorum Patrum, dicta illa Domini, Non om-  
 nes capere pium cœlibatum, intellexerint & enarra-  
 uerint ad eundem modum, quo nos. Tamen non pi-  
 guit Vintoniensem scribere, nos illa ex nostro cere-  
 bro, & contrā quā orthodoxi soliti sint, interpreta-  
 ri. Agnoscitis igitur & ex hoc loco, quā indignū  
 sit, ad eō manifestis & impudentibus calumnijs, at-  
 que sycophantijs respondere. Non inficior tamen,  
 Vintoniensem habere ex ueterib. quos suę interpre-  
 tationis authores citet: sed eos perpaucos habet, &  
 in hac interpretatione cum nostris non conferēdos.  
 Deinde stat a nobis ἡ ἐκτὸν Domini. Videtis igitur,  
 qua fronte scripserit Vintoniensi, nos interpretationem  
 nostram ex nostro protulisse cerebro, & cōtra  
 sententiam orthodoxorum.

Cum uerò nostram interpretationem, ex D. Pau-  
 li autoritate ego cōfirmauerim, adducto illo loco,  
 Volo omnes homines esse sicut me ipsum, sed unus  
 quisq; habet propriū donum ex Deo, hic quidem  
 sic, alius sic: annisus est Vintoniensis, & hunc locum  
 nobis extorquere. Dicit enim, quod aliqui donum  
 cœlibatus non habent, id illorum fieri culpa. omni-  
 bus enim a Deo hoc donū perinde offerri. Huiusq;  
 sui pronuntiati tres affert rationes. Vnam: Paulum  
 dicere, bonum esse homini mulierem non tangere:  
 nec dicere illi, aut illi bonum, sed in uniuersum, inde

Vintonien- finitè, omnibus. subijcere enim, Volo omnes homi-  
 sis dictū si nes esse sicut meipsum. Apostolum autem non fuisse  
 nitè sumit, se omnibus optaturum, quod non omnibus posset  
 tanquam di conuenire ullo modo, nec cum munifica Dei benigni-  
 tate quadrare, ut aliquibus tantum offerat, cum ac-  
 ceptione personarum, quod tam clarè per os Apo-  
 stoli elocutus sit, expedire omnibus.

Ex eo,  
 quod Apo-  
 stolus opta-  
 uit omnes  
 esse celi-  
 bes, non cõ-  
 cluditur,  
 cœlibatum  
 omnibus ef-  
 se bonum.

Videtis religiosissimi uiri, quantum iste Episco-  
 pus sibi in uerbum Dei sumat: Ergo ne ideo in uni-  
 uersum & indefinitè dixit Apostolus, bonum & o-  
 ptabile esse omnibus, nõ tangere mulierem? quia di-  
 xit, Volo omnes homines esse sicut meipsum. Non-  
 ne subiecit continenter dicti sui contractionem &  
 definitionem? Sed unusquisq; habet suum propriũ  
 donum ex Deo, hic quidem sic, ille uerò sic. Et post  
 pauca: Qui non continent, iungantur matrimo-  
 nio. Item, Melius est nubere quàm uri. Sicut etiã su-  
 periori dicto, Bonum est homini mulierem non tan-  
 gere: adiecit ilico suam quoq; definitionẽ: Propter  
 fornicationem autem habeat unusquisq; suam uxo-  
 rem. Quod cum Vintoniensis interpretetur de ha-  
 bente iam suam uxorem, & agnoscat eiusmodi ho-  
 mini non bonum esse mulierem suam non tangere,  
 si non & ipsa in cœlibatum consentiat: sed debere  
 unumquencq; maritum uxori suæ debitam coniugij  
 beneuolentiã, iuxta præceptum spiritus Sancti  
 reddere, quomodo audet dicere, Deum per os Pau-  
 li elocutum esse, mulierem nõ tangere expedire, bo-  
 nũq; esse omnibus in uniuersum & indefinitè. Mo-  
 re itaq; suo Vintoniensis & hic falsum sumpsit, esse  
 dictum indefinitè, quod definitè dictum est. Atqui  
 ex falso lemmate quiduis inferas,

Quin-

Quinetiam si Paulus dicto suo infinito, non tam  
 claram & repetitam adiecisset finitionem, tamen ex  
 his uerbis, Volo omnes esse sicut meipsum, non pos  
 set cōcludi, cōlibatū propterea esse eiusmodi donū,  
 quod Deus pro sua munifica benignitate offerat o  
 mnibus, nisi uelit haberi acceptor personarū. Idem  
 enim Paulus scribit ad eosdē Corinthios, & in eadē  
 hac epistola, cap. 14. Volo uos omnes loqui linguis, *Ex eo,*  
 magis autem ut prophetetis: nec adiecit huic suo uo *quod Apo-*  
 to ullam contractionem, ut superiori de cōlibatu. *stolus dixit.*  
 Hinc ergo si uerum est lemma Vintoniensis, conclu *uolo oēs lo*  
 demus, qui modo uelint, & orēt, eos omnes posse à *qui linguis*  
 Deo accipere donum linguarum, & prophetiæ. nec *& prophe*  
 enim quadrare cum munifica Dei benignitate, ut il *tare, non se*  
 lud aliquibus tantum offerat cum acceptione perso *quitur, bo-*  
 narum, quod tam clarè per os Apostoli elocutus sit, *nū esse oēs*  
 esse bonū, & optabile omnibus. Atqui spiritus san *loqui lin-*  
 ctus per Paulum pronūciauit hæc sua dona distribue *guis.*  
 re prout ipse uelit, atq; eo ipso sine acceptione perso  
 narum. nullius enim in eo personam respicit, sed  
 suam tantum sanctam & iustam uoluntatem, Eccle  
 siæq; suæ utilitatem: dum alij dat donum prophe  
 tiæ, alij donum linguarum, alij donum discernendi  
 spiritus, alij donum opitulandi, alij donum guber  
 nandi. Sic igitur dat etiam alij donum ad uitam cœ  
 libem, alij ad sanctum coniugium, nullo ullius per  
 sonæ respectu, sed pro sua tantum uocatione, &  
 Ecclesiæ suæ commoditate. Quamobrem sicut ex  
 eo quod Apostolus dixit, Volo omnes prophe  
 tare, non concluditur, donum hoc offerri propte  
 rea à Diuina munificentia omnibus, aut esse a  
 pud Deum acceptionem personarum: ita multo.

minus poterit cōcludi ex eo, quod Apostolus optauit omnes esse cœlibes ut semetipsum, cœlibatum propterea unicuiq; (in præsenti quidem uita) bonū esse, & à Deo offerri, aut Deum esse personarum acceptorem. Nam cum Apostolus optasset omnibus cœlibatum, adiecit huius generalis uoti sui moderationem: quod post uotum prophetiæ non fecit.

Deinde constat, donum prophetiæ per se plus a liquanto ad Ecclesiæ utilitatem conferre, quam donū cœlibatus. Sed quid opus tam multis? Nonne dixit etiā Apostolus simpliciter, & sine ulla definitione, *1. Tim. 5* Volo iuniores uiduas nubere? Cōcludemus igitur hinc, secuti lemna Vintoniensis, bonum esse ut omnes iuniores uiduę nubant: & malum esse, si ulla uidua puella cœlibatum in Domino amplectatur? Et cum idem Apostolus dixerit, Optauit anathema esse à Christo: inferemus ne, præstitisse eum à Christo reijci, quàm cum eo regnare in cœlis? Videtis igitur Christiani, non esse in hoc Episcopo tantum eruditionis, & cogitantia, quantum ferocia cōtra nos, & iactantia.

*In priore  
epistola  
Vintoniēsis,  
cap. 4*

Videamus nunc & de altera Vintoniensis ratione, qua nititur probare, cœlibatus donum à Deo offerri pariter omnibus. Duas tantum inquit esse uitæ nostræ conditiones, cœlibatum & matrimoniū. Deum autem singulis utriusuis potestatem facere: singulis igitur etiam utriusq; conditionis electionē offerre, & ea omnia quæ ad utranq; conditionē pertineant, quod ni faceret, nec in alteram conditionem constare uoluntatem, electionem, aut potestatem, que cum doni ratione conueniret: sed coactionem potius, & in unam partem impulsione merito dici debere,

bere, à munere & uocatione alienam, & Deum uide-  
ri in aliquos non esse munificum. Hæc altera Vinto-  
niensis ratio.

In qua prodit rursus securam suam confidentiam  
in sumendo, quæ ipsi nec per Deum, nec per nos da-  
ta sunt *λίματα*, quorum unum est: Deū, de quibus  
rebus, uel uitæ conditionibus, fecit hominibus in  
communi potestatem eligendi, quam quisq; uelit, ea-  
rum rerum, uel uitæ conditionum, de ijs rebus, & ui-  
tæ conditionibus largiri etiam cuiq; facultatem, ut  
quam quisq; uelit, possit amplecti, & sibi usurpare.  
Alterum: cum Deus per Apostolum suam liberam ob-  
tulit omnibus electionem cœlibatus, uel cōiugij,  
si non etiam cuiq; donet facultatem amplectendi u-  
tram uelit uitæ conditionem, eum quam uerbis libe-  
ram cœlibatus uel coniugij electionem per Apосто-  
lum omnibus obtulit, re ipsa non omnibus permit-  
tere, sed in alterutrum uitæ genus quæq; ui adigere,  
nec uideri in omnes pariter munificum. Ex his lem-  
matis concludit Vintoniēsis, alteram suam rationē:  
quorum utrunq; falsum est.

Duo falsa sē-  
mata Vintro-  
niensis: Deū,  
quarum rerū  
relinquit libe-  
ram electio-  
nem, earū re-  
rum etiā im-  
perit facultate:  
& nisi hoc  
facit, homi-  
nes cogit.

Falsitatem prioris sumpti inde quisque cogno-  
scat: Deus hominibus liberam potestatem fecit bo-  
narum artium quarumlibet, non minus quam cœli-  
batus & coniugij. Siue enim quis artem amplectatur  
agriculturę, siue mechanicam aliquam, siue ratio-  
nalem, in eo certe per se non peccat: nullam enim ha-  
rum artium Deus discere prohibuit. Ex eo uerò haud  
quaquam consequitur, Deum dare propterea uni-  
cuiq; etiam facultatem, ut quamcunq; sibi delegerit  
artē, eam quoq; possit perdiscere: et nisi eam Deus  
det, uideri ipsum in aliquos non esse munificum. ut

Deus non sta-  
tim omnium  
earum rerum  
facit potesta-  
tem, quarum  
fecit liberam  
electionem.

si quis factus sit, & natus ad opera corporis, & ineptus prorsus ad eas artes, quibus constat cultus ingenij, uelit autem & oret donari sibi facultatem discendi multas linguas, & artes philosophicas, oportere propterea fateri, Deū huic, ne non munificus in omnes uideatur, daturum quoq; eam facultatē, ut fieri breuī possit peritus multarum linguarum, & artiū. Atqui ad regnum Dei propagandum, & ornandū, per se longē plus confert eruditio linguarum, & bonarum artium, quā esse sine uxore: quod & pueris & fatuis datur, qui Ecclesiæ tamen suo cœlibatu nihil possunt cōmodare, ut ualent, qui bonis sunt præditi artibus.

Deus quidem liberā hominibus reliquit electionem rerum uitæ, conditionum & actionum omniū, de quibus non dedit certa præcepta: hanc autem electionem non uult fieri temerē, & ipso incōsulto, sed prudenter & piē: id est, adhibita post inuocationem spiritus, eius religiosa inquisitione, ad quid Deus quæq; sicut fecit idoneum, ita & uocauit. Explorandum enim nobis est in omnibus rebus, quid placeat

**Ephes. 5** Domino: uidendum ut accuratē uiuamus, non ut insipientes, sed ut sapientes: non ut imprudentes, sed ut intelligentes, quæ sit uoluntas Domini. Atqui ex donis ipsius Dei, atq; facultatibus quas Deus cuiq; attribuit, cognoscendum est, ad quod uitæ genus, ad quas artes & actiones Deus quæq; destinauerit. Ad quancunq; enim & uitæ rationem Deus quæq; destinauit, & fecit, ad eam etiam largitur cuique sua dona & facultates. Quod & sapientes inter Ethnicos agnouerunt: qui propterea præceperunt, in educatione puerorum id primum omnium dispicere,  
ad

ad quam quisq; artem & rem natus, factusq; uideatur. Nec propterea potest uideri Deus in aliquos non munificus, si non omnibus eadem munera largiatur, cum nemini nō plurima cōferat, quanquam alijs alia. Nec etiā dici propterea potest, Deum aliquorum preces, contra suam promissionem, nō exaudire. Nō enim promisit Deus se exauditurū nos, quicquid ab ipso petamus: sed si quid oremus ab ipso per nomen filij sui. Per huius autem nomen non possumus absolutē petere, & sine conditione hac, si quidem uelit pater id quod petimus, ualere ad sanctificandum nomen suum, & prouehendum & ornandum regnum suum: nisi ea dona, de quibus certa eius, ut ea petamus, præcepta accepimus. Iam nullum præceptum habemus, de petenda ab ipso facultate uiuendi absq; uxore: sicut habemus de orando incremento fidei, & charitatis, deq; in commune rebus omnibus, quas ipse pater uoluerit conferre aliquid ad sanctificationem nominis sui, & prouectū regni sui.

*Deus dare uult omnia que petimus per nomen filij ipsius. per hoc aut tantum ea petimus. que ad gloriam ipsius faciunt.*

Falsum igitur est quod Vintoniensis priore loco alterius argumenti sui sumpsit, Deum dare cuiq; facultatem & dona assequendi, & præstādi ea omnia, quorum Deus in scripturis suis liberam reliquit electionem: aut uideri eum, in aliquos nō munificum.

Non minus uanum est & alterum Vintoniensis pronunciatum: Non relinqui à Deo homini liberam uoluntatem eligendi cœlibatum, uel coniugium: sed cogi, & impelli unumquemque ad alterum: si Deus non unicuique parem facultatem largiatur, ad utrumuis suscipiendum, siue



*Nō ideo cogit Deus ad aliquod uitæ genus, quia ad id uocat, et donis suis deducit.* siue cœlibatum, siue matrimonium. Nam Spiritus Christi, quo omnes filij Dei aguntur, efficit, ut quisque uolens id uitæ genus amplectatur, ad quod se sentit ex eodem spiritu, & donis ad id collatis, uocari diuinitus. cumq; Deus filijs suis sua dona, & spirituales facultates in hoc ipsum largiatur, ut eas uitæ functiones, quas cuiq; ipse præfinit, illi hoc & certiore animi sententiâ, & uoluntate propensiore atq; constantiore obeant: Vintoniensis hoc certè admodum inconsideratè, & à Theologi ratione nimium alienè infert, Homines adempta libera uoluntate & electione, cogi ad cœlibatum uel coniugium, si uerum sit quod nos affirmamus, alium accipere à Deo donum Dei ad coniugium, alium ad cœlibatum: & cœlibatum piè suscipere neminè posse, nisi cui hoc peculiariter datum sit: sicut nec sanctum cōiugium, qui non huius donum acceperit.

*Deus multarum rerū liberā suis relinquit electionē: sed hanc ipse pro suo arbitratu regit.* Nec enim ita Deus electionem rerum, conditionum & actionum præsentis uitæ, suis liberā defert, ut hoc minus ipse unumquenq; ad certum & unum uitæ genus & actionum, sicut destinauit, ita suo etiā spiritu agat & deducat, donisq; suis instruat. Nec ideo, quia suos ipse deducit in omnibus semitis, ad quas ipse unumquenq; elegit, destinauit, fecit, & donis suis instituit, quicquam illorum detrahât libero delectui & arbitrio, aut infert aliquid uolentiæ & coactionis. Efficit enim in suis & uelle & efficere, quicquid illis bono fuerit, pro sua in eos paterna beneuolentiâ.

*Deus trahit suos ad finem: nihilo* Proposuit Deus in lege sua omnibus uitā & mortem, & facit liberam utriusq; electionem. Electos tamen suos mouet efficaciter, ut uitam eligant, id est, legis

legis suæ obedientiam: mortem, id est, legis transgressio-  
 nem repudient. cum cæteros non ita moueat effi-  
 caciter, quod & saniores Scholastici agnouerunt.  
 Eo uerò fit, ut hi, sicut non audiunt & discunt à patre,  
 non trahuntur ab eo ad filium, ita nec ueniant ad  
 Christum Dominum: tamen nec hi ad mortem, nec  
 illi ad uitam compelluntur: nec possunt uel illi glo-  
 riarì, se uitã esse amplexos, sine peculiari Dei dono,  
 & eo quod alijs non est collatum: nec isti queri, sibi  
 quicquam esse iniuria negatum, quod datũ sit alijs.

De quo pulchrè D. Augustinus libro de sancta  
 uirginitate, cap. 40. Et de ipsa continentia Apосто-  
 lus ait: Volo autẽ omnes esse sicut me ipsum, sed u-  
 nusquisq; proprium donum habet à Deo, alius sic,  
 alius sic. Quis ergo donat ista? Quis distribuit pro-  
 pria unicuiq; sicut uult? Nempe Deus, apud quem  
 non est iniquitas. Ac per hoc, qua æquitate ille fa-  
 ciat alios sic, alios autẽ sic, homini nosse, aut impos-  
 sibile, aut difficile est. Quin tamen æquitate faciat,  
 dubitare fas non est. Quid itaq; habes, quod non ac-  
 cepisti? Aut qua peruersitate minus diliges, à quo  
 amplius accepisti? Hæc ille.

In quibus uerbis obserua, fateri hunc uirum Dei,  
 eos qui se propter regnum Dei castrant, amplius à  
 Deo, quàm alijs, donum accepisse: idq; pro liberali  
 Dei uoluntate, qui distribuit propria unicuiq; sicut  
 uult: non pro uiribus & facultatibus, quas hi pares  
 cum alijs acceperint.

Planum igitur est ex eo quod nos asserimus, in  
 eo faciente nobiscum saniore parte sanctorum pa-  
 trum, sic donari alios facultate sancti coniugij, alios  
 pij coelibatus: ut nec isti feliciter coniugium, nec illi  
 d coelibat-

minus ipsi  
 sua quoq; li-  
 bera uolun-  
 tate ad eum  
 ueniunt.

August. de  
 dono conti-  
 nentia.

coelibatum amplecti salutariter queant, adeo nō posse colligi, uel hos ad coelibatum, uel illos ad coniugium cogi & impelli, imminuta, nedum sublata eorum libera uoluntate & electione: ut ex eo omnino contrarium concludatur: unumquēq; scilicet destinatum sibi uitæ genus, tum demum & certa piæq; electione, & solida ac libentiore uoluntate, cū suscipere, tum persequi, cum ad id Dei dona, & spirituales facultates perceperit.

*Tertia Vintoniēsis ratio.*

Tertiam rationem dicit se asserre contra me, quæ uult sine ratione negare extremum inductionis, qui dederim principium. Nam Deum omnibus dare donum coelibatus, tali forsan ipse colligendū putat inductione: Dedit hoc donum Deus Paulo, dedit Iohanni, dedit multis milibus olim, & monachorum, & uirginum, nec hodie suam hac in re liberalitatē clausit: ergo dat illud omnib. qui id modò ex animo petant, & ut percipiant, elaborent. Quod cum ego negem, requirit expressum à me scripturæ testimoniū: quo ceu obice cohibeatur progressus huius doni ad singulos: & accusat me impudentiæ, & temeritatis, qui improbem incognita: negando nimirū absque expresso scripturæ testimonio, Deum donū coelibatus conferre uolentibus, & petentibus omnibus: quod tamen agnoscam, eum concedere aliquibus.

*Vintoniēsis obijcit Bucero, eū loqui sine scriptura: et ipse tamē scripturas, quas ille se-*

Cum autem non ignoraret Vintoniēsis, me nō absq; scripturæ authoritate, negare Deum dare coelibatus donum omnibus: testimonia scripturæ, quæ hac in re sequor, ipse tandem, postquam sese non nihil conuiciando mihi recreauit, commemorat, hæc scilicet: unumquēq; à Deo suum habere proprium donum, illum sic, alium sic: & unum uocari ad coniugium,

gium, alium ad uitam coelibem: sicut uocat Deus a-  
 lium ad seruitutē, alium ad libertatē. Porro ut uidit  
 ista scripturarum testimonia esse euidentiora, quam  
 ut ea posset refutare: transilit ea fortiter, & exclamat  
 interim me fortem assertorem: aitq; his quæ ego de  
 diuersis Dei donis & uocatione adduco, mea infir-  
 mari, non statui. Nullum aut aliud huius suæ iactan-  
 tiæ adducit argumentum, quam id quod modò so-  
 phisima confutauimus. Vtrunq; donum offerri om-  
 nibus, alterius alio qui haud esse electionem, quæ sci-  
 licet unius partis nulla sit: nec recte dici posse aliquē  
 coelibatum capere, qui non possit eum etiam non  
 capere.

At nos ostendimus ex eo, quod Deus in scriptu-  
 ris suis liberam suis rerum diuersarum offert electio-  
 nem, non consequi, eum parem propterea cuiq; da-  
 re in utranq; partem potestatem, & ad res quaslibet  
 æqualia dona. Proposita enim est omnibus à Deo,  
 ut antea dixi, mors & uita, & libera utriusuis relicta  
 electio: at quod sancti uitam eligunt, amplectendo  
 fide Christum, id nō nisi donati spiritu fidei possunt:  
 & hi ipsi peccare, id est, eligere mortem nō possunt,  
 eo quod semen Dei in illis, id est, uis fidei, et beata re-  
 generatio permanet: & tamen hoc fidei dono, tam

non aufertur sanctis libera uoluntas, ut eorum uolū-  
 tas hoc primum dono uerè libera fiat: sicut à Domi-  
 no tantū, & spiritu eius, uera libertas contingit.

Quæ ex philosophia sua subiicit, qui possit cape, eū  
 posse et nō capere: alioqui falsum esse, eū posse cape,  
 ad presentē disputationē nihil ptinēt, & sunt in hac  
 nostra causa planè falsa. Agimus enim hic de donis  
 & facultatib; Dei, quæ nō in utrāq; sed in unā parte

quitur, cō-  
 memorat:  
 nec docet,  
 nō recte ci-  
 tari.

Iohan. 8

2. Cor. 3

Falsum, si  
 quis possit  
 aliquid ex  
 dono Dei,  
 eū idē per-  
 inde nō pos-  
 se.

d 2 confe.

conferuntur. Etenim qui dono præditus sit sapientia, aut dono fidei, eum rectè dicimus posse sapere, & non perinde posse desipere: posse credere, & non peræquè nō credere. Ita qui dono pollet pij cœlibatus, eum rectè dicimus posse uiuere uitam cum pietate cœlibem, & non æquè posse uiuendi rationem amplecti cōtrariā. Videtis religiosissimi uiri, quàm indignis nostra professiōe sophismatis implicemur, dum isti Episcopo uolumus ad singula respondere:

*Quicumq;  
boni ali-  
quid habet  
præ alijs, id  
non nisi pe-  
culiari Dei  
dono ha-  
bet, quo illi  
alij donati  
non sunt.*

Id tamen uelim responderet Vintoniensis, dum cōtendit cœlibatus donum omnibus perinde offerri: quicq; uruntur in uita cœlibe, & dono hoc destituti, illos eo dono sua ipsorum ignauia & desidia destitui: unde nā alijs, qui hac depulsa à se ignauia & desidia, oblatum sibi uitæ cœlibis donum amplectuntur, hac obueniat facultas & uolūtas, oblatum cœlibatus donum recipiendi, & usurpandi? Vtrum eam habeant ex seipsis, an ex Deo? Si illud dicet, affirmabit cum Pelagianis, posse hominem habere boni aliquid, quod non acceperit Dei gratuito dono: sin hoc dicit, iam fateatur necesse est, his qui non uruntur, ac ideo uerbum cœlibatus promptè & constanter capiunt, donum esse collatū diuinitus, quod illis qui uruntur, indeq; se non continent, nō est collatum, utcunq; ipsorum ignauia & desidia in causa sit. Vertat itaq; se quò uelit, tamē aut ad Pelagianos deficiat oportet: aut fateatur, ijs qui se castrant propter regnū Dei, donatum esse, quod alijs, qui se non continent & uruntur, ac ideo iubentur iungi matrimonio, non est collatum.

Si iam uerò pergat huius doni inopiam, præferat in ijs qui ut donum suum acceperunt, ita ad san-  
ctum.

Etum adspirant cōnugium, depūtare peccato: sciat  
 se iam facere cum Manicheis, imò cum doctrinis de  
 moniorum, sanctas prohibentium nuptias: & spiri-  
 tui sancto contradicere, qui pronunciat coniugium  
 sanctum esse: & qui illud ineunt, non peccare, sed *Heb. 13*  
 benefacere: & qui uruntur, debere matrimonio iun- *1. Cor. 7*  
 gi: eoq̄ melius facere, quàm si coelibes maneant.

Criminatur me hoc loco Vintoniensis, somniare *In priore*  
 uocationes quasdam in coelibatu, & in uerbo uoca- *Epistola*  
 tionis sensum retinere apud me, à ueritate Ecclesiae *D. 1. & 2.*  
 catholicae longe alienissimum: quasi certa hominū  
 corpora, ea humorum temperatura ad coelibatū fin-  
 xerit Deus, quae illi suo dono amplectendo conue-  
 niant, ut sine omni naturae lucta, sine omni ui, (sic ait  
 me loqui) illud retineant & conseruent.

Equidem cum Spiritus Sanctus per Paulū sum,  
 pium coniugiū in sanctis Dei uocationibus ponat, *Nusquam*  
 uitio dari mihi à Christianis hominibus non potest, *hoc scrip-*  
 quod hoc uerbo libēter utor: quo Deo & fictori no- *fit, aut di-*  
 stro, qui efficit omnia in omnibus, feram confessio- *xit Buce-*  
 ne pleniore accepta bona omnia. Nec enim ullū hu- *rus. Aperte*  
 ius uerbi sensum à ueritate catholicae Ecclesiae alienū *falsum igi-*  
 apud me retineo. Nam illa de humorum temperatu- *tur hic scri-*  
 ra, qua fiat, ut qui coelibatus dono praediti sunt, do- *bit Vinto-*  
 num hoc sine omni naturae lucta & ui retineāt, Vin- *niensis.*  
 toniensis de suo, non de meo protulit: nusquā enim  
 ea in meis scriptis legit.

Hac autem secutus aeternum Dei uerbū D. scri- *Deus facit &*  
 pturis proditum meritò cōfiteor, Deum, qui omnia *in seruit suos*  
 efficit in omnibus, aeterna sua sapientia, pertingente *iam inde ab*  
 potenter à fine usq̄ ad finem, & disponente omnia *utero matris*  
 suauiter, electos suos uocare, sicut cum non sunt, ut *ad ea, ad quae*  
*unum quensq̄*  
*destinavit.*  
*Iesa. 41. 42.*  
*& 43.*

d 3. sint,

Ro. 8. et 9. sint: ita etiam ut ea sint & agant, ad quæ ipse unum-  
 1. Cor. 1. quenq; destinauit: atq; ad hæc ipsa munera, à se cuiq;  
 Et 7. assignata, illos & formare in matris utero, & à ma-  
 Gal. 1. tris utero sibi segregare: donisq; & corporis, & ani-  
 mi ad eadem munia adaptare, & instruere, quo illa  
 possint ad gloriam eius, in Ecclesiæ ædificatione be-  
 ne & feliciter obire.

Tamen pilos capitis nostri habet Deus numera-  
 tos, nec unus de capite nostro sine eius certa prou-  
 dentia cadit: & scilicet non cuiq; hominū certo præ-  
 finiret, in utro sibi uitæ genere seruire debeat, cœli-  
 bi, uel coniugali: Nemo sapiens artifex in opere suo  
 non omnia ad prestitutum sibi in eo opere finem de-  
 Psal. 139. stinat & adaptat: & nos dubitemus, Deum, qui cum  
 cta nostra membra in materni uteri tenebris ipse for-  
 mat, omnes quoq; cū corporis, tum animi, & par-  
 tes & uires, ad eas ipsas uitæ functiones præformare,  
 & applicare, ad quas unumquenq; elegit ante condi-  
 tum mundum.

Nulla Dei At quia tamen caro nostra, & Satan, spiritui Dei  
 donanō op in nobis nunquam dū hic uiuimus, non repugnant,  
 pugnat Sa in omni uocatione & iussu Dei: agnoscimus & hoc  
 tan in sun- libenter, nobis & in suscipiendo & in retinēdo pio  
 tis. cœlibatu, esse contra istos perpetuos nostros hostes  
 luctandum & certandum. Interim tamen, quia spiri-  
 tus sanctus ipse iubet, eos qui non continent, iungi  
 matrimonio, & hoc ihs qui uruntur, melius esse pro-  
 nunciat: easq; uidas quæ in periculo uersentur im-  
 puræ uitæ, uult nubere: etiam hinc si quis sentiat se  
 propter importuniorē uisionem periclitari, obser-  
 uandum & agnoscendum affirmamus coniugij uo-  
 cationem. sed nō tantum hinc: docemus enim inuo-  
 can-

candum esse in primis spiritum Christi, qui in omnē inducit veritatem, & quo aguntur in omnibus filij Dei: deinde consulendos esse pios & sapientes viros, ac maximè eos, quorum quisq; curæ à Domino sit peculiariter commissus: deniq; ex eodem spiritu Christi probè considerādum, cuiusmodi sint ad quę unumquenq; Deus vitæ munia uocari: & utrū uite genus cœlibatus, uel cōiugium, illis muneribus piè obeundis sit maximè commodo, uel incommodo. Stultus enim est, qui opera Dei in alijs non considerat: stultior, qui nec in seipso. quod & seculi sapiētes ita agnouerunt, ut eos *ἰσομαχῶν* recte iudicauerint, qui ad alias se vitæ actiones contentur cōferre, q̄ ad quæ se natos & factos sentiunt. Hinc & S. Patres, ut ex locis supra adductis uidere est, iubent eos qui uitam uelint suscipere cœlibē, religiose antè se explorare, & agnoscere, si uires ad hoc vitæ genus, & sumptus à Deo perceperint.

In his quid non ex diuinis literis depromptū est, quid non cum catholico S. Patrum consensu consentaneum, quid deniq; non ueræ sanctitati accommodum: Agnoscitis itaq; quàm impia sit Vintoniensis calumnia, cum nobis impingit, nos tale donum cœlibatus facere, quod non iam continentia, uel abstinentia, sed impotentia, aut corporis ad uenerem ineptia dici propriè debeat. Et signa nos huius doni facere, nullis naturæ stimulis ad uenerē moueri: si cut signa uocationis ad matrimonium, si homines, postquā donū cœlibatus luxu & delicijs extinxerint, sentiāt se ad cōiugium inclinari. Ista aut̄ in quib. nostris libris legit̄: In quo unq; audiuit ea à nobis colloquio? scripta igit̄ sua, dū tam manifestis referret mendacijs, agno,

*Qua religione statuum sit cuiq; de cœlibatu, uel cōnubio sciendo.*

*Psal. 91*

*Insignis calumnia Vintoniensis.*



agnoscitis, quid fidei eorum deferri testimonijs conueniat.

Quid donū  
cœlibatus  
dicatur &  
ualeat.

Nos magistrum nostrum unicum Christum in cœlis sequentes, donum cœlibatus uocamus castrationem propter regnum cœlorum, & spiritum sanctitatis cœlibis, quo possunt, qui eo donati sunt, liberi à matrimonio, Deo hoc continentius adherere: & diuina munia quibus coniugium impedimento foret, obire eo expeditius, & constantius. Impotentia & ineptia corporis ad uenerē, nomina sunt apta ludētī de rebus illis, propter quas filius Dei crucem subiit.

Signa doni  
cœlibatus  
quæ.

Ita signa collati doni cœlibatus, uel coniugij, nō facimus, nullum, uel aliquem ad uenerem motum sentire: sed ut dixi, parentum, & piorum atq; sapientum in Christo consilia, ipsasq; diuinitus oblatas uitæ functiones, & obiecta pia negotia, quæ in cœlibatu uel coniugio obiri queant ad Dei gloriam, & Ecclesiæ salutem, commodius: tum etiam piarum animorum ad alterutrum uiuendī genus propēssiones, & cūm animi, tum corporis facultates. Cœlibatus sane per se Deo non placet, & stultarum uirginū mercedem referunt, qui eum non propter regnum cœlorum suscipiunt, & conseruant, ut Domino scilicet in amplioribus, quā ferat uita coniugalī, munerebus, quorumq; utilitas latius pateat, possint seruire, & expeditius, & constantius, & fructuosius. Hæc itaq; nos signa obseruari iubemus ijs, qui inquirunt an ad cœlibatum uocati sint, nec ne.

vsitō quoq;  
signū est uo-  
cationis ad  
cōiugium.

At quoniam, ut dixi, spiritus sanctus, summus doctor & largitor ueræ sanctimonie, ipse pronunciat, eos qui uruntur, hoc est, interprete Chrysostomo,  
mul-

multam uim & uisionem sustinent, atq; ea de causa in periculo uersantur lapsus, debere se matrimonio tali eximere discrimine: nec possumus, nec debemus inficiari, qui huiusmodi uim & uisionem patiantur, nec possint eam precibus, & uera piãq; carnis mortificatione depellere, tum uideant plures sibi deseruie di Deo secundum eius præcepta, occasiones offerri in coniugio, quàm in cœlibatu: hos rectè & piè face re, cum & hæc iudicia iudicant uocationis ad con iugium.

Ista nunc sufficiant de primo nostræ defensionis loco, quo confirmare institui, plerosq; sic uocari, do nariq; diuinitus ad S. coniugium, & inter hos non paucos, factos & donatos ad sacrum Ecclesiarũ mi nisterium: ut donum cœlibatus frustra sint oraturi, & hoc genus uitę nunquam piè, eoq; nec feliciter su scepturi. Quæ uestro religiosissimi uiri offero iudi cio: ac omnium quidẽ, qui uelint legere, atq; piè ex pendere, quæ diuinæ literæ ubiq; & docent præce ptis, & exemplis commendant, primũ de æterna Dei omnia in omnibus efficiente potentia, bonita te, sapientia: tum de filiorum Dei uocatione, renoua tione, certoq; in omnibus per spiritum suum actu: postremo, de ipso coniugio atq; cœlibatu, usuq; in Ecclesia utriusq;: præterea etiam considerare, quid doceat, moneat, & euincat illa ter miseranda tot sæ culorum experientia, sanctis nunquam contemnen da operum & donorum Dei index. Nec enim dubi to, quicumq; ista omnia religiose cognouerint & pẽ sitarint, eos omnino agnituros, longe maximam ho minum partem, atq; in his quã plurimos pios & san ctos uiros, a Deo ad procurandas Ecclesias modis

*Ex quibus  
principijs  
statuendum  
sit de præ  
senti dispu  
tatione.*

omnibus comparatos, & instructos, sic esse diuinitus factos, uocatos, donatos ad sanctum coniugium: ut donum & usum coelibatus grati Deo, hoc est utilis promouendo regno Dei, postquam omnino Dei nutui omne hominum iudicium & uotum posthaberi debeat fide, nec petere à Deo, nec re ipsa usurpare ualeant: & quaecunque Vintoniensis contra attulit, esse uana, irreligiosa, & calumniosa sophismata.

Iam itaq; ad alterum nostrae praesentis defensionis locum transeamus, & doceamus, quicquid sit de dono coelibatus oblato, uel pariter omnibus hominibus, quod Vintoniensis contendit: uel certis tantum, & in hoc diuinitus delectis hominibus, quod nos ex Dei uerbo & sanctorum Patrum autoritate eui-

*Alter locus huius defensionis, quicquid de dono coelibatus sit, tamen esse id contra Dei & Ecclesiae leges, quod ab omnibus sacerdotibus & canonicis exigitur abstinentia sancti coniugij.*

cimus: tamen id omnino pugnare cum Dei & Ecclesiae legibus, sanctorumque patrum autoritate, exigere hodie matrimonij abiurationem, & abstinentiam, ab omnibus qui in sacerdotum aut coenobitarum professionem admitti debeant, uel sunt iam admissi.

Primum itaq; hortor omnes, qui regnum Christi amant, & decorem domus Dei, ueramque sacerdotij sanctitatem restitui exoptant, ut pie expendant, quid de sacerdotum suorum coniugio Deus ipse, qui solus nouit quid cuique doni contulerit, aut conferre uelit: quid etiam sacerdotalē uitam magis cum deceat, tū adiuuet: in eo doceat & praecipiat, quod per Paulum suum, duobus in locis, & in ijs locis ubi de sacerdotum sanctitate & uirtutibus ex professo docet, & praecipit, illud, ut Episcopus sit unius uxoris

ris maritus, & bonus liberorum sutorum formator, principio posuit earum uirtutum, quas in Episcopo & cæteris ministris requirit. Deinde rogo, ut cum hoc diuino Canone religiose conferant, illam Romanæ sedis legem, cuius patrociniū & Vintoniensis suscepit, qua nemo omnino, quantumuis sanctus omni uita sua, & quamlibet donis omnibus Spiritus sancti ad sanctæ Ecclesiæ ministerium instructus, in ordinem sacerdotum admittitur, nisi uoueat, se nullius uxoris fore maritum: & à Sacerdotio reijcitur, quicumque in eo uxorem duxerit. inde que iudicent, an non ista Papæ Romani lex, cum Dei lege planè pugnet. Deus enim in ordine sacerdotum, atque adeò Episcopali, tantum non requirit, certe admittit maritum, & simpliciter: Papa autem Romanus, maritum nec admittit in hunc ordinem, nec tolerat in eo ullo modo. Explicet ergo Vintoniensis nobis, quomodo Papa Romanus, Deus terrenus, in eo non omnino contradicat Deo cœlesti, & uero:

Hic si ad eorum patrum Vintoniensis auctoritatem confugiat, qui hunc Dei Canonem sic uolunt intelligi, ut quo excludantur quidem à Sacerdotio, qui plures unà uxores habuerint: non autem ad Sacerdotium admittantur, qui unam habeant, eamque uelint in usum coniugij retinere: atque obijciat Ecclesias Aegypti, Orientis, & sedis Apostolicæ, iam Diui Hieronymi tempore non recipere solitas in sacerdotibus, nisi qui mariti aut non fuissent, aut esse desissent: Nos contra ei obijci-

Ad vigilan-  
tium, ab ini-  
tuo.

mus, primum ἢ ἁγίου spiritus sancti: in quo nullum inest uerbum, ex quo possit colligi, eum modò ad sacerdotium debere admitti, qui fuerit, nò autem qui sit unius uxoris uir. Deinde non ignorat Vintoniēsis, nullam posse legem, ad salutem quidem necessariam, S. patrum autoritate constitui. Præterea differri non potest, haud minoris habendam D. Chrystomi & aliorū, qui à nobis stant, quàm suorum S. patrum autoritatem: imò illorum hoc pluris faciendam, quo eorū interpretatio est uerbis Spiritus sancti magis cōsentanea. illi autem hoc dictum, Vnius uxoris uir, in eandem, in quam nos, sententiam intellexerunt, & exposuerunt: idēq; planē docuerunt, spiritum sanctum, hoc ipso præcepto, ut unius uxoris uir sit Episcopus, uoluisse et matrimonij dignitatem commendare, & hæreticos illos prædamnare, qui impuri aliquid inesse coniugio blasphemauerunt: idēq; eo, quod hoc ipso loco docet, coniugium rem esse tam sanctam & honestam, ut cum eo quis possit etiā in sanctum conscendere thronum, sedem scilicet Episcopalem. Postremò nouit & istud Vintoniensis, D. Chrystomi, & cum ipso facientium interpretationem, à nemine S. patrū, ut quæ non debeat haberi orthodoxa, esse reiectā: nec à D. Hieronymo quidem, qui eam tamen in enarrādo hoc loco adduxit.

Dicat ergo nunc Vintoniensis, qua autoritate sedes Romana uetet Chrystomi, & aliorum cum hoc sententiū patrū sequi sententiā: & cōpellat, hac tanquā hæretica, repudiata, sequi interpretationem D. Hieronymi, & eorū qui ab illo stant: Dicat, cur nobis pro lege catholica obtrudatur, quæ catholica nūquā fuit, uel his ipsiis patribus, qui illam cōprobant?

Ad

*In Epistol.  
ad Titum,  
Sermonē 2.*

Ad hæc scit Vintoniensis, sanctos Patres pluri- *1. Tim. 3.*  
 bus canonibus sanxisse, idq; ex canone Dei, nemi- *Tit. 1.*  
 nem omnino in aliquẽ cleri gradum debere admit-  
 ti, nec admissum quẽquam in eo tolerari, qui uitam  
 de impuritate, uerisimiliter modò suspectã, nedum  
 palãm contaminatam, aut uixisse, aut uiuere depre-  
 hendatur. Et hic ergo respondeat, quem Spiritũ se-  
 cuti Romanenses, & qui cum illis faciunt, ad quos li-  
 bet etiã summos S. ministerij ordines euehunt, &  
 in his tolerãt, idq; tot iam seculis, qui uiuunt palãm  
 impudicẽ: Dicat etiã, cui hoc acceptũ spiritui fer-  
 ri debeat, quod hi non contenti à S. ministerijs rei-  
 cere, puniũt præterea tam saue sacerdotes qui ux-  
 ores ducunt, contra canones quosdam, & eos consti-  
 tutos humanitus: quamlibet piẽ & sanctẽ illi uitam  
 degant, & quantumuis ad ædificandam Ecclesiam  
 Dei sint studiosi & idonei, & sacerdotes interim at-  
 que Episcopos, manifestis scortationibus, stupris,  
 adulterijs, & grauioribus flagitijs implicatos, quiq;  
 nullam unquam ministerij pastoralis partẽ ritẽ intel-  
 lexerunt, nedum obire quouis modo cogitauerũt,  
 non solum non puniunt, sed etiã summis sæpe Ec-  
 clesiasticæ dignitatis & potestatis fastigijs exornãt.

Deinde nouit & hoc Vintoniẽsis, patres omnes  
 cœlibatum quantumuis purẽ, quod ad corpus atti-  
 net, seruatum, tamen agnouisse esse abominandam  
 Deo hypocrisim: si non in hoc suscipiatur, & serue-  
 tur, ut Deo quisq; continentius adhæreat, et ministe-  
 rium ei suum ad Ecclesiæ ædificationem perfectius  
 exhibeat. D. Chrysofomũ nõ ignorat, ut arbitror,  
 scribere in illud Pauli: Hoc uerò dico ad utilitatẽ ue-  
 stram, non ut uobis laqueum iniiciam, sed quod ho-

Cœlibatus  
 non eo susce-  
 ptus ut diui-  
 nis actionib.  
 & ministerijs  
 melius uaces,  
 Deo est abo-  
 minationi.

D. Chrysofo-  
 mus uerũ cœ-  
 libatũ absti-  
 nentia nõ cõ-  
 iugii, sed cœ-

arum secu  
definit.

nestum sit, & conferat eò, ut Domino solidè & indi-  
uulſe adhæreatis & inseruiatis, non esse nec uirginē,  
nec honestam, quæ curis implicetur mundi. Apo-  
stolum enim, cum dixit diuisam esse uxorem & uir-  
ginem, in eo ipſo posuisse differētiā earum, quòd  
ſcilicet illa quæ mundi, hæc curet quæ Dei ſunt:  
atque definitionem dedisse uirginis, non nuptias,  
neque continentiam, ἀλλὰ ἀπραγμοσύνη, καὶ ὁ-  
λοπραγμοσύνη, curis ſeculi uel uacare, uel impli-  
cari.

S. Patres  
maluerunt  
pastores  
maritos, re-  
bus diuinis  
deditos,  
quàm uirgi-  
nes implica-  
tos curis et  
rebus mūdi.

Quocirca S. Patres tantī cœlibatum nunquam  
fecerunt, tametsi eum permagni fecerint, quin cen-  
ſuerint Ecclesijs maritos potius esse præficiendos,  
qui ſeculi negotijs repudiatis, cœlestibus curis es-  
sent amplius dediti: quàm uirgines, qui in uero Re-  
ligionis studio essent remissiores. De quo diuus  
Hieronymus contra Iouianum ista scripsit: Et quo-  
modo, inquires, frequenter in ordinatione Sacerdo-  
tali uirgo negligitur, & maritus assumitur? Quia  
forte cætera opera non habet uirginitati congru-  
entia: aut uirgo putatur, & non est: aut est uirgi-  
nitas infamis: aut certe ipsa uirginitas ei parit su-  
perbiam, & dum sibi plaudit de sola corporis casti-  
tate, uirtutes cæteras negligit: non fouet paupe-  
res, pecuniæ cupidus est. Hæc ille. En reſci iurè  
à ſacro ministerio agnoſcit hic uir Dei, non solum  
eos, quorum uirginitas sit mentita, quorum que in-  
famis & suspecta: imò etiam eos, quorum uirginita-  
ti cætera uirtutes & opera uirginitati congruentia  
deſint: qui non foueant pauperes, qui pecuniæ ſint  
cupidioreſ.

Hic

Hic respondeat Vintoniensis, qua fronte pōssit  
 sedes Romana, & qui cum illa faciunt, S. Patrum au-  
 toritatem hac in causa contra nos proferre, qui ne  
 corporis quidem castitatem à suis sacerdotibus, ne- Quod præ-  
 dum talem cœlibatum, qui reiectis curis mūdi, diui- cipuum in  
 uinis tantum rebus sit deditus, ea requirunt seueri- cœlibatu s̄  
 tate, qua requirunt, ne quis legitimam habeat uxo- cerdotū re-  
 rem? Executiat hic Vintoniensis suam quoque ui- quiri debe-  
 tam, suas actiōnes, suam Episcopalem gubernatio- bat, uacui-  
 nem: & agnoscat, quā longē abesse se declararit ab tas à rebus  
 eo, quem Sancti Patres solum agnoscunt Christia- seculi, à Ro-  
 num, nedum sacerdotalem, cœlibatum: eo que cūm manensibus  
 præstando in seipso, tum exigendo ac defendendo planè negli-  
 ab alijs, siue clericis, siue alijs hominibus, qui ei fru- gitur.  
 ctuosi aliquando fuerunt. Non commemoro hic Quam aie-  
 quā fugerit, aut captarit negotia mundi, & fun- nus Vinto-  
 ctiones non Episcopales: quā imminuerit aut au- niēsis à cu-  
 xerit aulicam in suo famulatio pompam. Sit ipse ris mundi.  
 suus & accusator & iudex: sed secundum Dei &  
 Ecclesiæ leges. Multo minus uerò ei obgannio,  
 ut me in altera sua Epistola sugillauit, si quid Prin-  
 cipi suo ad publicam salutem, & ædificationem  
 Ecclesiæ inseruerit. Noui enim, quas & diuus  
 Ambrosius Imperatoribus suis obierit legatio-  
 nes: & quæ diuus Gregorius Romanis, & ple-  
 rique sanctissimi Patres præsentibus principum  
 & populorum Christi necessitatibus, publicæ que  
 salutis & tranquillitati præstiterint: sed quanta his  
 crux fuerit, uel horam à suo proprio auocari mi-  
 nisterio, etiam re ipsa, non uerbis tantum, testati  
 sunt.

Sed



Antiquitas in  
sancti iudicat-  
se, nullos, aut  
malos maluit  
se pastores  
coelibes, quā  
maritos bo-  
nos.

In confutatio-  
ne heresis Ca-  
tharorum.

Vbi inopia  
est idoneorum  
ministeriorum,  
ibi maritos in-  
re Ecclesiis  
præfici cœuit  
Epiphanius.

Contra Vigi-  
lantium.

Epiphanius  
& Hierony-  
mus nec eos  
dammant flagi-  
tium, qui nulla  
necessitate  
maritos Ec-  
clesiis præfi-  
ciunt.

Sed nec de eo dubitat Vintoniensis, apud omnē  
Ecclesiæ antiquitatem, insanum iudicandum fuisse,  
se, si qui Ecclesias maluissent aut omni cura pastora-  
li destitui, aut per manifestè flagitiosos pastores ua-  
stari: quā per pios & idoneos ministros, quanquā  
maritos, pie & salutariter administrari. Epipha-  
nius scribit, ubi suo tempore canones sinceriter ser-  
uabantur, non fuisse susceptos in ordinem presbyte-  
rorum, diaconorum, & hypodiaconorum, nisi qui  
uel absq; uxore essent, uel ab uxore sua se contine-  
rent: tamen fatetur simul, tum in quibusdam locis in  
hunc ordinem adlegi consueisse, qui adhuc liberos  
gignebant: huiusq; rei causam fuisse scribit, apud alios  
Ecclesiarū, quibus opus erat ministris, multitu-  
dinem, & inopiam uerè coelibum hominum, qui ni-  
mirum cæteris quoq; & necessarijs sacri ministerij  
dotibus fuissent instructi: apud alios, languentē iam  
Canonis obseruationem, & propriam mentem ear-  
um Ecclesiarum & Episcoporum, qui gignētes ad-  
huc liberos, in superiores S. ministerij ordines assu-  
mebant. Attamen ne has Ecclesias, uel Episcopos,  
censet hic uir Dei communiōne Ecclesiastica exclu-  
dendos, uel hanc eis libertatem adimendam. In ea-  
dem sententiā cōstat fuisse & D. Hieronymū. Eis  
itaq; qui maritos in sacerdotum ordinem legebant,  
adacti ministeriorum coelibum, qui ad pascendos gre-  
ges Domini fuissent idonei, inopia, Epiphanius nul-  
lam culpam impingit: agnoscebat enim præstare, ha-  
bere plebium Christi idoneos pastores uel maritos,  
quā nullos, aut non idoneos: illos uerò qui id fa-  
ciebant, uel exremissione seuerioris disciplinæ, uel  
quod ita eis commodius uideretur, quanquam iudi-  
carit

carit hos eò recessisse à recepta Ecclesiæ disciplina, tamen ob id nec habuit schismaticos, nec quicquam etiam grauius in eos scripsit: tantum notauit eos, cuiusdam à sinceriore disciplina declinationis.

Qui ista iam & alia, quæ S. Patres cum de sacri ministerij religione, ministrorumque sanctitate, tum etiam de coelibatu scripta reliquerunt, pie legerit, & expecterit: is nunquam dubitauerit, omnes illos uerè sanctos patres, quantum uis laudibus coelibem uitam extulerint, si nunc adessent, & eis qui Ecclesijs coelibes multis iam seculis præficiuntur, cernerent, modis omnibus hortaturos esse, ut admissis sacerdotibus coniugio, uel aliqua in hunc ordinem pietatis cura & disciplina reuocaretur: remotisque ijs, qui nunc Ecclesias tam miserè disperdunt, coelibibus, mariti, si pietate modo & regni Christi cum scientia, tum cura essent præditi, ad procurandas Ecclesias quamprimum adhiberentur. Et mariti enim, si pii sint, & ad regnum Christi docti, probeque animati, possunt Ecclesias Dei ædificare: cum impij homines, & regni Christi nec studiosi, nec intelligentes, Ecclesias tantum perdere possint, nunquam ædificare, etiam si lapidibus magis coelibes sint. Impij autem & Christi cognitione & studio uacant, quicumque in manifestis flagitijs perseverant.

*Sancti Patres, hodie coelibes qui Ecclesias tenent, eijce-  
rēt, et præficerent eis maritos.*

Hic ergo respondeat Vintoniensis, quam ueterum autoritatem sequantur Rom. Pontifices cum suis, in eo, quod passim sunt iam pridem, plebes Christi non solum idoneis pastoribus omnino spoliari (quod quantum malum sit, uos nunc sentitis, uiri religiosissimi, dum restituere apud uos rem Ecclesiasticam aggressi estis) uerum etiam tantis hominum probis,

f loco

loco pastorum opprimi & dissipari, ac tantum non omnino Christi religione exui: quodq; hodie omnia Christi malūt pessum ire, quàm admittere ad succurrendum tam afflictis & pessundatis Ecclesijs, ut illæ per pios doctosq; ad regnum Dei maritos, procurarentur.

*Euseb. lib. Ecclesiastica historia 6. cap. 15. Veteres Episcopi & laicos et maritos, sibi quoq; ipsis prætulerūt ad docendū populum, quādo ad id se magis idoneos reperiebant.*

Quid? ueteres ueri Episcopi, laicos, mirum si hos non etiam maritos, ad docendum populos suos etiā ipsis præsentibus adhibuerunt, ubi reperiebant ad id muneris magis quàm se idoneos: nostri uerò Episcopi, qui ueterum autoritatē non minus in se et suis conculcant, quàm contra nos odiose iactant, priusquam maritos, quantum uis sanctos & ad docendum Christum instructos, concederent gregibus Dominicis pascendis, quæ acceperunt à Domino talenta impendere, permittunt potius, ut non solum greges Domini pascuis uitæ æternæ careant, uerum etiā per manifestos fures & latrones, hoc est, ascendentes aliumde, & seipso pascetes, dissipentur, dilaniētur, & perdantur. Quam multi enim religiosi uiri, & ad pascēdas plebes Christi ab ipso Domino uocati, ista matrimonij prohibitionē ab hoc ministerio abarceantur, illa deploranda omnibus bonorum pastorū inopia plus nimio declarat. Hoc cum & Vintoniensis satis compertum habeat, cur non & in eo ueterū autoritatem sequendam existimat, ut censeret, hoc cū primis & Principibus & Episcopis curandum, quo Christi doctrina & disciplina plebibus eius purē & fideliter administraretur: & ut ad hoc munus adsciscerentur, quoscunq; constaret esse ad id à Domino ipso factos, & instructos, atq; ideo etiam uocatos: si uel illi in coniugio, siue in cœlibatu piē sanctēq; uiuerent:

rent: quando quidem coelibatus uerus, quem S. Patres in Ecclesiarum ministris requirebant, quiq; solus Deo placet, requiri pridem desierit: & qui requiri solet, tantam impuritatis colluuiem in ordinem sacerdotalem inundarit. Vt enim Ecclesiae uerè sanctos & frugi sacerdotes habeant, interesse ad salutem omnium necessariò scimus: ut uerò sacerdotes tantum sint absque legitimis uxoribus, cui quæso uel tantillum prodest: quantæ autem fuerit, & sit Ecclesijs perniciæ, quis queat satis eloqui?

Postremò & illud Vintoniensi abundè constat, *Que Deo gratia uota sint.* non posse gratum Deo uotum esse, nisi quod ex fide uerbi eius sit susceptum: & ualeat ad sanctificandum nomen eius: nouitq; quàm temerè, quàm coactè, quàm etiam sæpe impiè à compluribus sacrificiis & cœnobitis uota coelibatus fiunt, quæ nimirum ex mille uix unus seruare unquam cogitat, præsertim piè, id est, gratia seruiendi Deo, & ministerium Ecclesie hoc sanctius & fructuosius obeundi, id quod ij omnes nimirum crasse demonstrant, qui nulla externa uí continentur. quæuis enim negotia illi obeunt potius, quàm ea, quæ sunt monasticæ, uel sacerdotalis ordinis propria.

Perspectum denique & illud Vintoniensis *Quàm clementer Deus et S. Patres uota incorsulta remittant.* habet, quàm clementer Deus ipse, & sancti Patres uotum coelibatus remiserunt illis, qui id malè seruabant. Spiritus sanctus iussit simpliciter iuniores uiduas, quæ primam fidem irritam fecerant, nubere, postquàm in impudicitia, flagitiosaq; criminationis periculo uersabantur. Hæc cum Dei uerba sint, & *1. Tim. 5* pertinet ad omnes, qui se in eo quod hic exprimitur

periculo deprehendunt: & sunt omni humani uel uoti, uel edicti exceptione maiora. Istud intelligens D. Cyprianus, de uirginibus, quæ coelibatum erant professæ, scripsit: idq; non ex sua tantum sententia, uerumetiam aliquot collegarum suorum, atq; adeo Ecclesiæ Christi uniuerso: Si perseverare nolunt, uel non possunt, melius est ut nubant, quam in igne delictis suis cadant: certè nullum fratribus aut sororibus faciant scandalum. Sic & D. Epiphanius pronunciauit, esse melius, prolapsam à cursu & uoto coelibatus, palam uxorem ducere, secundum legem, atq; ita incidere *ἢ ἡ νῆψυα*, id est, ut ipse interpretatur, in iudicium poenitentiae, aliquanto tempore agēda, qua peracta inducatur iterum in Ecclesiam: quam sub simulatione coelibatus occultis quotidie iaculis sauciari: atq; ita incidere propter fornicationem, *ἢ ἡ κατὰ νῆψυα*, id est, in condemnationem, qua regno Dei tales penitus excluduntur.

Melius incidere nubendo post uotum in iudicium, quam in fornicatione prolapsa in condemnatione.

Augustinus De bono uirginitatis capite 9. et 10. In distinctione 23. Quidam et 27. q. Nuptiarum. Canone 16. d. 27. q. 1. de uidiis.

Hinc & D. Augustini ætate, coniugia post uotum coelibatus inita non dissoluebantur, nec damnabilia quidem habebantur. Et Synodus magna Chalcedonensis, Episcopis potestatem nominatim fecit, uotum coelibatus remittendi. Quin & Papa Gelasius, uidas post promissam Deo pudicitiam nubentes, suæ conscientiae relinquit.

Hic ergo respondeat Vintoniensis, unde sibi & suis *οὐ μὲν ἀχαιοῖς* tãto durior ueniat exigēdi uota, quam fuerit sanctissimis illis patribus, seueritas: Sed quid dico exigēdi uota: exigēdi dicere debebam, ne quis post uotum coelibatus, legitimo iungatur matrimonio. nam ut uota præstentur pij coelibatus, id est, ut qui uota huiusmodi fecerunt, hoc uiuant coniunctius

etius Deo, & seruiant Ecclesiæ fructuosius, quis exigit?

Nec præiudicare his aliquid potest commētum illud de uoto simplici & solenni. Eadem enim est omnis uoti Deo facti religio, ut seruādum sanctis sit, si consentiat cum lege Dei: reiiciendum, si cum uerbo Dei dissentiat. Satis quoque patet, nihil posse amplius inesse uotis, quæ commentum illius auctores solennia faciunt: quod non fuerit & in illis uotis, quæ S. Patres, quorum sententias adduxi, remittenda cē fuerunt, his enim uotis homines sese Deo consecrauerant: sicut hoc ipsum in omni pio uoto cum primis requiritur.

Ista Vintoniensis excutiat & perpendat: siquæ potest, ostendat his non esse planum factum, legem illam, cuius suscepit defensionem, quæ à sancto coniugio prohibet omnes in ordinem sacerdotum, uel ad uitam cœnobiticam semel assumptos, aut assumēdos, non solum nulla posse defendi Ecclesiæ Christi, uel S. Patrum autoritate: uerum etiam omnino aduersari, sicut ipsi Dei legi, ita etiam ueris atque catholicis Ecclesiæ sanctæ Dei canonibus, consensuque omnium sanctorum & orthodoxorum Patrum. In his ergo faciat Vintoniensis Episcopi officium, & ueris nos, si ualet, argumentis conuincat erroris: ac desinat tam futilibus et irreligiosis captiunculis diuinas & S. Patrum sententias deprauare: nostram simpliciter ac piè propositam confessionem calumniosis sophismatis peruertere: & prætermisis nostris solidis argumentis, quædam hinc inde uerbula sua dicacitate arrodere: atque in locis se iactare ambiguè, in quibus causa nō consistit: interim nimis benigne decli-

natis ueris confessionis nostræ fundamentis, & manifestissimis D. scripturarum testimonijs.

Hæc enim non Episcopo modò, sed ne homine quidem digna sunt: sicut & canina illa facundia, cuius nec modum nec finem statuere in his contra me scriptis potuit. Hæc dicta sint de altero nostræ defensionis loco: quo docendum suscepi, sicut Dei, ita & Ecclesiæ Dei legibus S. Patrum auctoritatem omnino repugnare, quod coniugij sancti abiuratio & abstinentia exigitur ab omnibus, ad sacerdotium & uitam cœnobicam & admittendis, & admissis.

*Tertius locus defensionis, de pseudologia.*

Iam & de pseudologia respõdeamus, quam nobis Vintoniensis falso impingit, de qua certo loco dicendum mihi proposui. Pernegat Vintoniēsis, in mentem sibi uenisse commentū illud, de necessitate elocandi filiam patri ab angustia obueniente rei familiaris: quod ego me ab ipso in nostro colloquio audiuisse, ad Latomum affirmavi.

Ego uerò Christum Dominum uiuorum et mortuorum iudicem, & memorem omnium nostrorum dictorum & factorum appello, & iratum habeam, si ullius in eum confingendi uerbi uoluntatem conceperim unquam: nec quod audiuisse me ab eo meminisse, simpliciter, absq; ulla fraudis cogitatione, narrauerim. Absurdum sanè interpretamētum & mihi uidebatur, siue seriò, siue me tentando, aut mihi illudēdo illud protulerit, quanquam seriò dicere mihi uisus sit: sed pleraq; non minus insana in eo colloquio magno supercilio pronunciauit. Quale enim uos illud iudicatis, quod audebat defendere, Principes benefacere, qui suas, q̄ Dei leges, seuerius uindicat: & capitale faciūt, si quis sacerdos uxorem ducat, fru  
pra

pra autem & adulteria relinquūt impunita. Hæc au-  
sim coram inspectore cordium Deo, de ipsius dono  
gloriarī, mihi hoc semper curæ fuisse, in omni cū ad-  
uersarijs religionis certamine, ne illorum dicta, uel  
scripta, aliter quàm ipsi uellent, dixissent, aut scripsis-  
sent, acciperem, aut referrem.

Sed quàm sanctè ego nego me quicquā in Vin-  
toniensem mentitū esse, tam audacter ille id affirmat: *In altera E-  
pistola con-  
tra Bucerū.*  
quis ergo inter nos iudicabit? De testibus ille despe-  
rat: scribitq; me non recipere testes, nisi coniuratos,  
quos solos pios uocē, & fide dignos. Exre igitur te-  
stimonium petit, utq; Sophocles se exhibita fabula,  
quā tum in manib. habebat, purgauit de delirio; ita  
& ipse æquum bonum lectorē postulat, num simile  
ueri uideatur, eum tam stulta, tam insulsa, & ab om-  
ni scripturarū cognitione tam aliena, mihi aliquādo  
respondisse, qui & illa scripserit, quæ supprimam: &  
ea itidē, quæ secundò contra me edidit publicè. Hæc  
enim sua scripta uult uideri, eam D. scripturarū scien-  
tiam, & iudicij acrimoniam referre, ut incredibile ha-  
beri debeat, eum mihi aliquid respondisse tam ine-  
ptum, tam que indignum eo, qui diuinas lite-  
ras tractandas susceperit. Hæc ille in altera in me  
Epistola.

Ego uerò ad dicendū de nostro colloquio testimo-  
niū, libèter admisero, quorūcūq; in huiusmodi cau-  
sa testimonium debeat & possit pōdus aliqd' habere: *Testes libè-  
ter idoneos  
quoslibet  
admitti-  
mus.*  
nec cōiuratos ullos agnosco, nisi qui in uerba Chri-  
sti, & eorundē principū atq; magistratuū mecū piè  
iurauerūt. Pios quoq; et fide dignos habeo, quicūq;  
ex pietatis suæ fructibus agnosci tales possūt. Tales  
igitur siue illius sint domestici, siue mihi in Domino  
con-



coniuncti peculiariter dicant & testentur, quicquid de nostro colloquio meminerint.

Vintonien-  
sis queri-  
tur, suū ad  
Bucerū scri-  
ptū, nō edi-  
tū à Buce-  
ro, & de  
re illud ipse  
hactenus  
cessat.

Sed nec scriptorum illius testimonia refugio: at-  
que placet ex his iudicari, & quā uerus sit Vinto-  
nienſis nostra dicta referēdo, & quā certus ac pro-  
bus in scripturis Dei interpretādis. Notat me, quod  
suum scriptum supprimam: sed si ex eo firam putat  
causam iuari, cur ipse illud non pridem euulgauit?  
Affirmat enim, habere penes se autographum. Sanē  
illud meę responsioni prēmittere semper consiliū  
fuit: ut propediem res ipsa declarabit. In præsentiā  
uerō, dum nec tempus nec locus est illud totum ex-  
cutiendi: tantum ex eo referam, quantum ad præsē-  
tem causam satis sit: idēq; cum scriptis eius per Typo-  
graphum editis conferam, ut appareat, quid fidei  
eius scripta, & quo haberi loco mereantur.

Nam si & nobis cōmunis de testibus lex ualeat,  
ne eorum recipiantur testimonia, qui ipsi secū pug-  
nantia dicunt: Vintoniensem scripta sua, non me, ua-  
nitatis & calumniæ conuincunt.

In scripto enim, quod ad me misit à colloquio,  
postquam conatus est probare locum illum Pauli,  
Quod si quis indecorum putet, de uirgine sua, si sit  
plusquam adulta, debere intelligi: de uirgine iam de-  
sponsa, cuiusq; tradendæ spōso tempus à patre pro-  
missum iam præterierit, ista scripsit.

Verba Vin-  
toniēsis ex  
eius scri-  
pto.

Ceterum inquit Paulus, is pater, qui animo fir-  
mo & constanti de filia uirgine conseruanda, nihil  
uacillans: cuiq; adhuc integrum est de filię nuptiis,  
aut cœlibatu apud se statuere: deniq; qui nulla ne-  
cessitate, aut ex difficultate collocationis nata, aut  
ab eo (pactis uidelicet, quę præstanda sunt) accersi-  
ta,

ta, filiam collocare cogitur: sed potestatem habeat propriae uoluntatis, ut adhuc liberum sit, uel collocare matrimonio, uel non collocare: denique certo animi decreto statuerit suam seruare uirginem, hic inquam pater, ex Pauli sententia, qui perpetuo animi tenore atque constantia uirginem suam seruat, quasi Deo dicatam & consecratam, facit quod non solum uirgini, ut antea dixerat, sed etiam quod apud Deum ipsi patri prosit. Et ideo, inquit Paulus, benefacit. Atque haec est genuina Pauli sententia. Haec ille, quae ex autographo, quod penes se habet, agnoscet.

In his quidem uerbis non est expresse posita, illa, quam Vintoniensis in colloquio attulerat, interpretatio, de necessitate elocandi filiam, ab inopia oblata rei familiaris: quantum quidem uerba eius intelligo. nec enim percipio, quid sibi uelit, per necessitatem elocandi filiam, natam ex collocationis difficultate. Sed mirum id non est, si uel unius noctis spacio ad cogitandum dato, id quod ei inter disputandum temere exciderat, mutarit atque correxerit, si tamen correxerit. Haud enim ut dixi intelligo, quae ei sit illa elocandi filiam necessitas, quam scribit nasci ex collocationis difficultate. Videtis enim duplicem illum ponere necessitatem, qua filiam suam pater cogatur nuptui tradere: unam accersitam ex pactis sponsalibus, alteram natam ex difficultate collocationis. Quod dictum, si non pugnat secum, est tamen perincommodè & obscurè compositum. Quae enim possit elocandi filiam necessitas, ex collocationis nasci difficultate, non apparet. Interpretetur ergo ipse, quam intellexerit hic collocationis difficultatè oblatam, ne ex tenuitate patrimonij, siue aliam:

Ego pergo ostendere quot modis eius scripta inter se dissentiant, et se mutuo evertunt: ex quo non illud tantum patebit, eum suis ipsius testibus falsi conuinct: sed hoc quoque cognoscetur, non esse mirandum, si quod inter disputandum inconsiderate dixit, uoluerit postea in scripto mutare: quando et ea que scripsit meditato, damnarit postea, idque non altero tantum, sed etiam in eodem suo scripto, eoque publico.

*Vintonien-  
sis adsertor  
Stoicus.*

Ex his ergo que ex eius manuscripto adduxi, obseruate primum, Vintoniensem illud Pauli, Non habens necessitatem, interpretatum esse non solum incontinenter & absque ulla hesitatione, & in unam et simplicem sententiam: uerum etiam subiecisse interpretationi confidentem asseuerationem. Hæc, enim inquit, est Pauli genuina sententia. Deinde esse locum hunc interpretatum, de necessitate filiam tradendi nuptui, non seruandi. Postremo de necessitate uel nata ex difficultate collocatiõis, uel ex pactis accersita.

His iam conferte, quæ contra me scripsit in sua priore epistola publice edita. In hac enim accusat me irreligiõse audaciæ, quod ex hoc Pauli loco difficili & incerti sensus, unum & certum sensum protulerim: quod ipse sibi sumere nolit. Equidem, scribit, non mihi id arrego, Bucere, ut difficiliõres scripturæ locos statim aperiã: & modestius uidetur in ambiguis, alia atque alia coniectura prolata Scepticum agere, quam quod tu facis, incontinenter statuere, quæ ipse non intelligas. Et fidem factururus huius meæ ignorantis & arrogantis, subscribit græca scholia, quæ incerto auctore, cuidam Photio, & Oicomenio adscribuntur: Scholiastis nec antiquis, nec receptæ auctoritatis: & qui ambo locum istum, Non habens neces-

*B. 11  
Vintonien-  
sis incertus  
coniector  
Scepticus.*

necessitatem, interpretantur de necessitate non elo-  
candi, sed seruandi uirginem. Et cum alter, Photius,  
scribat locum hunc posse æquè propriè intelligi de  
necessitate filiam elo candi: tamen intelligit necessi-  
tatem, quam & nos, quæ ueniat à filia conditione &  
uoluntate: non eam, quam commentus est Vintoni-  
ensis, uel natam ex collocacionis difficultate, uel ex  
pactis accersitam sponsalibus. Præterea hanc ipsam  
Photij interpretationem, quam ille loco Paulino nõ  
minus, quàm eam quam præmiserat, de necessitate  
seruandi filiam agnoscit propriam, Vintoniensis &  
in eodẽ ad me manuscripto, & impresso scripto suo,  
totis uiribus oppugnat, & cõuicijs superbissimis ad  
obruit: uocans eam frigidam, ridiculam, ineptã, cum  
uerbis Pauli non consistentem, quin etiam illa cuer-  
tentem. De quo paulo post plura dicam.

Postremo, cum hanc non magis nostram, & Pho-  
tij illius, quàm omnium uerè ueterũ & Sanctorũ Pa-  
trum interpretationem tantopere oppugnet, & con-  
uicijs proscindat: tamen impingit nobis, quod no-  
stra hic inferamus commenta, & interpretationi ue-  
nerandæ uetustatis præferamus. Sic enim, post-  
quam Photij & Oicomenij, de quorum tamen anti-  
quitate non habet quod certi afferat, scholia in  
suum librum transcripsisset, in nos est inue-  
ctus.

Ego autem id æstimandum cæteris relinquo, ce-  
dendum ne sit magis simplici uetustati, quæ causam  
Christianorum agebat communem, & sedatis affe-  
ctibus religionẽ uenerabatur: an eorum arrogantiæ,  
qui uentris & ueneris impudentissimi patroni,  
incestos etiam & nefarios coitus, apud orbis tribu-

*Vide hic  
quã sit hic  
Episcopus  
cõparatus  
ad bene di-  
cendum.*

nal, omni religione sprete & conculcata defendere: & ne ipsi in pietatem peccasse uideantur, omnes in impietatis barathrum pertrahere, equis, uelis, nauibus, pedib. molitur. Hæc uerba sunt Vintonien- sis: quibus planum facit, qualis sit Episcopus, quàm pius, prudens, humilis, sobrius, castus & quietus.

Videtis ergo, uiri religiosissimi, quot modis, & quantopere Vintoniensis pugnet secum in scriptis suis, utq̃ euertat sua ipse dicta: nec solum in posteriori scripto, quæ affirmauit in priore, uerum etiã quæ in eodem & publico scripto proposuit. In suo enim manu scripto protulit nobis, Stoicus, non incontanter modò, uerum etiã adseuerãter, unam certamq̃ & genuinam, ipso authore, loci huius Paulini, quãuis difficilis & obscuri, sententiam. In impresso uerò scripto tribuit hoc impię ignorantie & arrogantie, uerendæq̃ antiquitatis contemptrici: & iactat se, alia & alia coniectura prolata, non iam inquirere sententiam uerissimilem, unam tamen, more Academicorum: uerum sustento omni assensu, fluctuare inter contrarias etiã sententias, Scepticum. Cumq̃ in manuscripto interpretatus sit, dictum Pauli de necessitate elocandi filiam: in impresso producit Scholiastas, eosq̃ eò euehit, ut qui eos non sequitur, sit irreligiose ignorans & arrogans, qui interpretantur hunc locum in contrarium, de necessitate seruandi filiam. Et cum nobis ueterum, & horum suorum scholiastarum auctoritatem magno supercilio obijciat, & alter horum cum ueteribus intelligat hic necessitatem elocandi filiam, quæ inferatur patri à filie conditione & uoluntate: ipse in manuscripto nouũ adfert commentum, ignoratum omni uetustati, de ne-  
celsi;

cessitate uel nata ex collocationis difficultate, uel accersita ex pactis paternis: & in scripto impresso, interpretationem alteram Photij sui, & ueterum totis uiribus oppugnat, & tam diris incessit conuicijs.

Ipsi ergo nunc statuite, quid fidei haberi debeat scriptis Vintoniensis, quæ uidetis quot modis inter se dissentiunt, seseq; ipsa inuicem destruunt. Cumq; ille sibi ipsi adeo aduersatur in scriptis suis, & non tantum in diuersis, uerumetiam in iisdem, quis non agnoscat esse admodum credibile, alia quoq; illum in calente disputatione profudisse, & alia postea cum secum esset scripsisse: Et cum in scriptis suis, & in altero per triennium meditato (tantum enim interfluxit inter colloquium nostrum & eius scripti compositionem) deprehenditur scripsisse tam absurda, & ab Apostoli sententia tam aliena, atq; secum quoq; pugnantia: quis dicat parum uerisimile, Sophocle hunc, cuius est tam mala fabula meditato scripta, facile quoque in tumultuaria & ardenti disputatione effutisse, quæ & ipso, nedum Apostolo, sint indigna? Negat ille se in hac disputatione mecum contendisse. Equidem autem ita ardere eum uidi contentione, ut uene eius in manibus, quod in nullo unquam homine uidi, subsilirent, & tremere, quoties audiret à nobis, quod offendeat: maxime si quid tale dixisset doctissimus, & uere pius Theologus, Alexander Alesius, quem unum mecum adduxerā. Sed satis sit de Vintoniensis pseudologia.

Quod uero hoc loco nos patronos conuiciatur uentris & ueneris impudentis, &c. eius turpissima maledicta, utrum in eum, uel in nos magis competant, iudicent post Deum, qui utriusq; uitam ha-

*Quam arserit Vintoniensis in disputatione.*

*Conuicia Vintoniensis in ipso haerent.*

bent propius perspectam. Hæc opera carnis & tenebrarum nos gratia Christi reprehendere studemus, non defendere: religionemq; Christi sinceram, quam Romanenses tantopere aspernantur & conculcant, restituere suæ dignitati & splendori enitimur: utq; ex barathro impietatis, in quod illi tot hominū myriadas præcipitarunt, saltem aliquos eripiamus, elaboramus: cauentes quantum Dominus dederit, ne uel ipsi in pietatem aliquid peccemus, ne uel alijs peccandi in eam occasionem ullam obijciamus. Si idem facit, studetq; Vintoniēsis, & si nunquā ei dulcis odor lucri fuit, etiam ex foetidis prostibulis, nō solū ex abominando sacerdotū suorum cōcubinatu: ut pleriq; Romanēses episcopi solēt: & an ipse, uel Rex prior eas ipsius ædes Londini, quæ tã turpiter ei quæstusæ erant, honestis iusserit, hominibus locari, eoq; abominandum eius quæstum imminuerit, testetur ipse de se, & qui res istas notas habent. Prætereo hic, quod pietatem ueram, tãtis conatibus oppugnauit tot iam annis, consulendo, instigando, impellendo quos potuit, perniciosis sophismatis, calumnijs, blâdicijs, minis, obsequijs, largitionibus, simulatione, uel et crudelitate. Piget & pudet ista uel uerbis attingere, & tamen dissimulari non semper debēt: ut uel hinc cognoscāt qui Christi regnum uerè amāt, istos homines ad oppugnandum sanctum coniugiū, nullo impelli ueræ castitatis amore, sed cupiditate modo retinendæ tyrannidis suæ, & effrenis in omnē uiræ luxum licentiæ. Verùm his iusto iudici relictis, aggrediamur nos exequi ultimū respōsionis nostræ locū, de uera interpretatione loci istius Apostolici: Qui uerò stat firmus in corde, nō habēs necessitatē,  
pote.

potestatē uerò habet suæ uolūtatis, & hoc iudicauit  
in corde suo seruare uirginem suam, bene facit.

Priusquam uerò de loci huius agā interpretatio-  
ne, paucis perstringā, qua occasione in disputationē  
de eo de uenerimus. Vintoniēsis id de nostro collo-  
quio uerum commemorat, se illud exorsum esse, de  
principijs communibus & ratione, quibus cōuinci  
quisq; possit, de locis religionis nostræ cōtrouersis.  
illud autem non minus uerum est, me tum non mo-  
dò *κατάδοξον*, uerumetiam planè falsum iudicasse &  
refutasse, quod negabat superesse principia, & certā  
rationem, quibus uera religionis nostræ dogmata  
demonstrētur, & contraria refutentur. In promptu  
enim erat, quod ei obieci, scripturam nimirum di-  
uinitus inspiratam satis esse abundè ad utrūq;, ut Spi-  
ritus sanctus ipse per Paulum testatus est. Cum uerò  
causaretur Vintoniēsis uulgatum illud aduersarijs  
sanæ doctrinæ, D. Scripturis unumquēq;, eum quē  
ipse uelit, sensum affingere: & ueterū interpretatio-  
ni amplius nō stari: respōdi, ijs quib. non desit fides  
Chri, & studiū sequēdi uerbū Dei, ex scripturis Dei  
facilè demonstrari, & quę sequēda nobis, & quæ uitā-  
da sunt in religione Chri: deq; uerò scripturarū sen-  
sū, qd' attinet ad necessaria salutis nostræ dogmata,  
posse haud magno negotio cōuenire in eos, qui p̄-  
missa prece, uero pietatis studio, et ijs modo uijs ger-  
manū scripturarū sensū inquirāt, quibus in alijs scri-  
ptis authorū sentētia, cū de ea ambigūt, inquiri solet.

Sed nolebat ille rē deducere ad cōpendiū illud, ut  
quicquid principes de religioe statuāt, id sequi unū-  
quēq; debere. Itaq; uenimus in disputationē de po-  
testate principum, in ea quę sunt religionis: nec mi-  
nimam

De quib. re-  
bus actū sit  
in collo-  
quio inter  
Vintonien-  
sem & Bu-  
cerum.

2. Tim. 3

Horribile Via-  
toniēsis dog-  
ma humanā-  
rū legū quam  
diuinorum  
transgressio-  
nē recte puni-  
ri grauius,



nimā colloquij partem in eo consumpsimus, quod defendere Vintoniensis conabatur, principes recte facere, dum sstrarum legum seuerius, quā Dei, transgressionem puniunt: & capitale habent, si quis in sexta septimanæ carnibus uescatur, etiam quadrupedum, uel uolucrum, sicut piscium: aut si sacerdos, aut cœnobia uxorem ducat: dum interim grassari stupris & adulterijs, & seipfos atq; alios enecare poculis, pro ludo ducunt.

*Argumētū Vintoniensis: pater potest iure filiā inuitam seruare innuptā: ergo principes possunt iure cogere sacerdotes ad cœlibatum.* Atq; hinc deuenimus in disputationē de iniquitate eius legis, qua coniugium interdicitur sacerdotibus: cuius ille legis retinendæ & uindicandę ius et potestatē principibus inde uolebat adserere, quod non minus illi habeant in subditos suos iuris & potestatis, quā pater habeat in filiam suam. proinde sicut patri ea sit potestas, ut filiā si uelit, retineat innuptam: ita in principum etiam esse manu, sacerdotibus indicere cœlibatum, eumq; semel promissum exigere.

*Nemo in quenquam potestatem habet, nisi in bonum.* Ibi obieci potestatis huius contractionem, quam Spiritus sanctus expressit his uerbis: Non habēs necessitatem, potestatem uerò habet uolūtatis suę. Cū enim nemo in quēquam potestatem habere possit, nisi ad pietatis ædificationem: dicebam patri nō fieri potestatem à Deo, seruādi suam filiam innuptam, nisi cum animaduernerit, id esse & fore ēre filiæ, & collaturum ei aliquid eo, ut seruiat Deo cōmodius & expeditius. Sin, patrem tam non habere hac in re uoluntatis suæ, ut filiam seruet uirginem, potestatē: ut necessitatem potius habeat, tradendī eam nuptui.

Ibi Vintoniensis negabat, patri offerri necessitatem

tem elocandi filiam, ab ipsa filia: & suum ingerebat commentum de rei familiaris angustia, qua aliquando parentes elocare filias suas cogentur. Ego uero inhærebam in hoc indubitato scripturæ D. principio, patrem potestatem habere non posse seruandi filiam, nisi cognoscat id filiæ fore salutare: siq̃ secus casurum id uerissimiliter metuat, eum necesse habere filiam, cui loco Dei sui, & illius ueri patris præsit, eoq̃ tantum ad salutem, tradere nupti.

Hæc ubi Vintoniensis postea exactius forsan apud se perpendit, scriptum ad me misit, in quo illud, Non habens necessitatem, est interpretatus, ut supra eius uerba retuli, de necessitate elocandi filiam, uel nata ex difficultate collocationis, uel pactis sp̃o- salibus accersita. In quo & illud commentum primū attulit, Paulum hoc loco respondere de uirgine iam à patre desponsata, & non planè libera: de quo nullū in colloquio uerbum fecerat. sicut etiam sine omni autore istud ex se solo confinxit.

Scribit hic Vintoniensis, me cōturbatum animo sibi contantius respondisse: ut ei fuerim hinc admirationi. Sed uos ipsi conijcite, optimi uiri, quid mihi potuerit oboriri uel conturbationis, uel contationis, in respondendo hac in re Vintoniensis obiectis. Qualia enim inter colloquendum ei sicut in mentem, ita & in os uenire potuerint: ex his quæ postea meditatis scriptis obtendit, facilis cōiectura est. Hæc itaq̃ qualia sint, & quàm firmiter ea Vintoniē- *Vide B. 1. et 2.* sis demonstrarit, consideremus. Primū obiecit, no- stram hanc interpretationem, de necessitate filiam elocandi, quæ patri iniiciatur, si uideat filiam ad coniugium, non ad cœlibatum uocatam, & donatā, nos  
h        solos

solos habere authores, nostrum esse hanc inuentum, nostrum commentum. Deinde esse quoque apprimè ridiculam, absurdam, & cum uerbis Apostoli haudquaquam consistere, imò ea euertere. Postremò, esse eiusmodi, ut ea posita, fatendum sit, Paulum usum hic obscuro uerborum inuolucro, & à re dicenda remoto: uerbaque profudisse frustranea, & quæ sensu careant.

Hæc nobis Vintoniensis contra nostram interpretationem obiicit in suo impresso contra me scripto priore. Duo posteriora obiecta conatur probare: qualibus uerò argumentis, postea uidebimus. Primum satis habet simpliciter obiectisse, nisi quod scholia Photij & Oicomenij adscripsit, qui istud, Non habens necessitatem, aliter sunt interpretati: quanquam Photius etiam nostram interpretationem attulerit, ut dixi, atque huic Paulino loco æquè esse propriam pronunciauit, ut paulo post ostendemus. Ut itaque primi obiecti Vintoniensis uanitas plenius pateat, quo criminatur nostrum esse inuentum & commentum, quam in hunc Apostoli locum attulimus interpretationem, proferendi nobis sunt nostræ interpretationis non quidem authores, (autor enim eius est ipse Spiritus sanctus, ex cuius uerbis eam desumpsi mus) sed idonei ex antiquitate Ecclesiæ testes, qui eundem secuti authorem, eandem quoque uerborum Pauli interpretationem tradiderunt.

D. Ambrosius.

D Ambrosius igitur in illud, Si quis autem turpe se uiderit supra uirginem suam, si sit ultra pubertatem, &c. (sic enim ille hunc Pauli locum redditum suæ interpretationi præmisit) post alia & ista scripsit: Si ergo aliqua in desiderio nuptiarum est, iam matura ad

ad uirum, Apostolū docere hic, melius esse, ut ea secundum concessam legem publicè nubat, quam occultè turpiter agat istud, & erubescatur in illa. Et in illa Apostoli uerba, Qui autem statuit in corde suo firmus, nō habēs necessitatem, &c. ista scripsit: Hoc dicit, ut qui uirginē habet, cui animus ad nuptias nō est, seruet illam, nec ingerat ei fomitem nuptiarum, quam uidet nubendī uoluntatem non habere.

In his sanè scholijs clarè uidetis, & D. Ambrosiū intellexisse, Apostolum hic docere uoluisse, boni p̄ijq̄ patris esse, considerare filiæ suæ ingeniū & uoluntatem: & si uideat filiā esse in desiderio nuptiarum, ut agnoscat se non habere seruādi eam potestatem, sed habere necessitatem, eam tradendī nuptiis sicq̄ fieri oportere, ne filiæ occasio offeratur lapsus. Sin uideat filiā nubendī uoluntatem non habere, ut tum demum seruet eam, nec ingerat fomitem nuptiarum: sed quæ commoda sint ad uirginitatem seruandam Christo Domino, suppeditet.

In commentarijs uerò illis, quæ D. Hieronimo adscripti sunt, legimus, in illud, Et ita oportet fieri: Si ita necesse fuerit, propter filiæ uoluntatē: nam parentes quidem usq̄ ad legitimam ætatem custodire debent, & docere quod melius est: si autem illa noluerit, fiat quod necesse est. Et in illud, Nam qui statuit in corde suo firmus: Ille firmus statuit, cuius puellæ consensus patris firmauerit uoluntatem: & non illū compellit filiæ necessitas, facere quod uolebat. Et hunc ergo interpretē idem in Apostoli uerbis quod nos, uidisse constat: hoc est, potestatem seruandī uirginem, & necessitatem elocandī eam, à conditione & uoluntatē pendere uirginis,

*Ea uirgo modo seruanda est, que nō sit in desiderio nuptiarum.*  
Hieronymus.

*Nota, quod necesse est. Vide, unde sit iudicij paterni de filia seruanda, petenda firmitas.*

D. Primalius:

Eadem scripsit in hæc Pauli dicta, & eisdem prope uerbis, D. Primalius, episcopus Vticensis, D. Augustini discipulus. Illud enim, Et ita oportet fieri, sic interpretatus est: Ita necesse est, propter uoluntatem puellæ. Et hoc, Qui statuit in corde suo firmus: firmus ille statuit, cuius filiæ uoluntas firmauerit uoluntatem. Idem hoc loco scribit: Si unusquisque hoc ad carnem suam reuocet, & uideat se uirginitatem seruare nõ posse, nubat: ne fornicatio turpis appareat. Item de filiã: Si noluerit, fiat quod necesse est.

Necesse, propter puellæ uoluntatem. Etiam carnem suã quisque quid ferre possit, continere iubet.

Posteriores interpretes quoque consentiunt.

Et Erasmus iudicat conueniens esse quibusdam necessarium.

In eandem sententiam exposuerunt hæc Apostoli uerba & Thomas Aquinas, & Glossa ordinaria, Nicolaus Lyranus, Erasmus Roterodamus: qui in interpretatione huius loci hoc quoque scripsit, Cõiugium esse rem legitimam & honestam, quibusdam etiam necessariam.

Videamus iam & alteram Photij in hunc Pauli locum interpretationem, quæ Vintoniensis contra me, tanquam precipuum uetustatis testem, produxit. Hic cum præmisisset illam priorẽ interpretationem de necessitate seruandæ uirginẽ, ita subiicit. Διώταται ἡ ἡ μή ἔχον ἀναγκῶν, ἢ ἄλλως ἔχον ἡ τὸν οἰκείως ἐκκληθῆναι, οἶον, μὴ ἀναγκάζονται ἡ ἡ ἐναντίον ποιῆν ἡ τὸν θυγατρὸς. ἐὰν ὅρα ἡ τὰ τὸ θυγατρὸς εἰς ἡ ἡ γαμίζον αὐτὴν ἀναγκάζονται, ἐν ὁφθαλμοῖς αὐτῶν, πρὸς εἰς ἡ ἡ ἐναντίον αὐτῶν καὶ τῆς ὁρμῆς, καὶ τὸ γνώμης, ἐκβιαζόμενος. ἐκείσιν γὰρ, ἀλλ' ἐν ἀκέραιον ἡ τὸ παρθενίας. ἐπεὶ μετὰ τῶ ἀκέραιος, καὶ εἰς χεῖρον αὐτῶν κλίνην, ἐαυτῆ μὲν συγνώμην φέρουσα, εἰς δὲ τὸν βιασάμενον παρθενοῦν τὸ ἀπὸ πίας τῶ αὐτῶν ἀναφέρουσα. Hoc est: Potest autem hoc, non habens necessitatem, & aliter, atque non minus propriè accipi: ut perinde sit, atque non coactus à filiã facere contrarium, Si uideat enim ea quæ filiæ sunt,

com

compellere se, ut eam tradat nuptui, non debet uirginem seruare: ut adigendo eam in contrarium suæ propensionis & sententiæ. Virginitas enim res est uoluntaria, non inuoluntaria. Etenim si uirgo inuita seruetur, & in deterius inclinēt, sibi ipsi ueniā datur & causam erroris reijcit in eum, qui ipsam ad uirginitatem ut adegit. Hæc Photius.

Hic quaeso quid nam eorum, quæ ego de hoc loco scripsi, non uides expressum? Nunquid clarè testatur & hic Scholiastes, non habere necessitatem, idem esse, atq; non cogi patrem à filia, ut tradat eam nuptui? Et patrem debere cōsiderare, quæ sunt filia, eius scilicet *ὁφύλω καὶ γράφω*, id est, nature eius impulsū, & animi sententiam? nec eam contra suam uoluntatem uirginem seruare?

Hoc uerò cum Vintoniensis facillè prouideret, me sibi obiecturum, præoccupans meam obiectio- nem, scribit se concedere, Photium quidem sentire, uirginem non debere seruari inuitam. At qua tandem, inquit, ratione? An quia dono caret? quia non uocata est? minimè gentium. Sed quid hoc, Episcopo, ad tuum institutum? Quāquam cum Photius iubet ea quæ sunt filia, eiusq; *ὁφύλω καὶ γράφω* cōsiderare, certe & doni & uocationis rationem ducere in uirgine præcepit, ut & ex superius dictis satis cognoscitur, & postea planius faciam. Quod Vintoniensis in colloquio contendebat, erat, cum pater ex hoc Pauli loco ius habeat seruandi filiam inuitam, et laqueum ei uirginitatis iniiciendi, quem Paulus iniicere nolebat (hæc enim uerba eius sunt, in suo ad me manu scripto) & principem habere potestatem quibus uelit subditis suis, etiam inuitis, iniiciendi la-

queum cœlibatus. Huic commento an non planè  
 contradicit tam uetus & laudatus Vintoniensi, Pau-  
 li interpres Photius: Difertè enim pronunciat Apo-  
 stolum hic docere, patrem non debere filiam serua-  
 re uirginem inuitam, non contra suam impellere ὀφ-  
 ρηλοῦ καὶ ὑπόμω, uirginitatem esse rem uoluntariã, non  
 inuoluntariã. Et si quis id ausit, eum dare uirgini  
 suæ occasionem, ut si peccet, id non sibi, sed ei impu-  
 tet, à quo sit in tale uitæ genus detrusa. Manifestum  
 est igitur, quicquid de dono & uocatione sit, Pho-  
 tium in eo stare à nobis contra Vintoniensem, quod  
 agnouit, Spiritum sanctum per Apostolum hic do-  
 cere, patrem non debere laqueum uirginitatis inije-  
 re filix inuitæ: & oportere iudicij sui de filia seruãda  
 firmitatem, etiam ab illius petere conditione & uo-  
 luntate, quamlibet ætate & sexu infirmæ. Atq; pro-  
 inde ex hoc Pauli loco haudquaquam posse conclu-  
 di, ullam mundi potestatem ius habere, ut laqueum  
 cœlibatus ullis suis subditis injiciat. Deniq; Vinto-  
 niensem nō minus Photio suo, atq; cæteris sanctissi-  
 mis patribus ac uiris, Apostoli interpretib. quàm no-  
 bis illudere, cum scribit: Dic Bucere, unde firmitas:  
 Consulat, te authore, infirmã cum sexu, tū ætate puel-  
 lam: Et in suo ad me manuscripto, Medicū patrem  
 esse oportet bene perspicacẽ, & exercitatum etiam,  
 qui ex habitudine corporis, aut moribus & sermoni-  
 bus filix deprehendat, certo posse se statuere & de-  
 cernere in corde suo, de seruanda filia uirgine, sine  
 omni periculo fornicationis.

Photius do- Sed iam uideamus, an non & Photius agnouerit  
 naer uoca- Apostolum hoc loco præcipere patri, ut Dei donū  
 tionem Dei & uocationem in filia consideret, in eo quod agno-  
 uit

uit illum iubere patrem, ea quæ filia sunt, eiusq; & *siderare in-*  
*naturæ inclinationem, & animi sententiam intueri.* *bct.*

Paulum certè ille enarrabat, nec Pelagianus erat, ut  
 arbitror: cum itaq; Apostolus in hoc ipso capite &  
 coelibem & coniugalem uitam pie suscipere, pecu-  
 liaris Dei doni facit, & certæ uocationis, quæ non ag-  
 nouisset & Photius, filia *ὁρμηλὴ καὶ γνῶμη* ad utrâuis  
 uitæ conditionem pie suscipiendam, esse donū Dei, *1. Cor. 4.*  
 filie pro sua uocatione collatum: Quid enim habes,  
 inquit Apostolus, quod non accepisti?

Sed quid tam multis de sophismatis istis adedò fu-  
 tilibus, & irreligiosis: Nam utra quæso pius pater in  
 filia spectet potius: quæ ab ipsa sunt uiciosa, uel inge-  
 sta à Diabolo perniciosa, an quæ donata ei sunt à  
 Deo salutaria, à quo omne bonum datum uenit: Ra-  
 tionem ne ducat religiosus pater cupiditatis incon-  
 sultæ in puella, an nutus potius actus Dei, qui filios  
 suos ita agit Spiritu suo, & sic efficit in illis, & uelle,  
 & efficere, quod bonum est, ut quisq; de sua & suo-  
 rum uocatione facile queat certior fieri: si religiose  
 modò, & præmissis precibus, de ea inquirat, eiusq;  
 signa & indicia pie obseruet.

Ex his itaque manifestum est, interpretationem,  
 quam nos in hunc Pauli locum, Nō habens necessi-  
 tatem, attulimus, esse agnitam & traditam, ut germa-  
 nam, & ex ipsis Apostoli uerbis desumptā, ab omni-  
 bus idoneis Apostoli interpretibus, cum uetustis,  
 tum recentioribus: atque adedò ab ipso etiā Pho-  
 tio, quem Vintoniensis tanquam totius antiquita-  
 tis testem, contra nos, tam superbo præiudicio ad-  
 duxit.

Agnoscat igitur se hinc conuictū Vintoniensis, *Manifesta*  
*Vintonien-*  
 non *sis uanitas.*



non solum impudentis uanitatis, cum ausus sit scribere istam interpretationē nos solos habere auctores, nostrum esse inuentum, nostrum commentum: uerumetiam detestandę in ueritatem, & uerendam S. Patrum auctoritatem, procacitatis & maledicentia: propterea quod nō minus in illos quā in nos, qui eandem omnino, quam nos, loci huius interpretationem dederunt, illa eius competunt conuicia, in interpretationis frigida, ridicula, inepta, cum uerbis Apostoli non consistentis, & ea euertentis.

Nunc ergo uideamus, quō nam argumento Vintoniensis conatus sit ostendere, hęc conuicia, in hac, non minus Photij sui, S. Patrum, ac omnium idoneorum Pauli interpretum, quā nostra interpretatione hærere. Quod frigida illa, absurda, ridicula, & indigna Apostolo haberi interpretatio debeat, his putat se argumentis ostendisse. Non apparere dicit, si hunc sensum recipiamus, quod nam ambiguū Apostolus tam multis & grauibus uerbis, Si quis indecorum sibi putet, &c. dissoluerit: ad quam ue dubitationem Corinthijs responderit. Nec enim aliquod esse tradendi nuptijs uirginis tempus præfinitū: aut dubitare quenquam, se debere uirginē seruare, quæ nuptias respuat.

Deinde Apostolum potuisse, id quod nos interpretamur, si illud docere uoluisset, dicere & planioribus, & paucioribus uerbis: nimirum, Pater seruet filiam uolentem uiuere in uirginitate, nolentem tradat nuptiis: cum, si nostrum sensum Apostolo tribuamus, uideatur usus obscuro uerborum in uolucro, et à re proposita remoto, uerbaq; profudisse frustra, & sine sensu, Sic argutatur Vintoniensis in duobus

bus scriptis suis, & eo quod ad me dedit manu exaratum, & in priore dato in publicum.

Ostendendum igitur nobis est, & ad quam rem dubiam Paulum respōdissē hoc loco uerisimile sit: & quā id fecerit appositis clarisq; uerbis. Certe nec S. Patribus uisum hoc insolens fuit, nec uideri alienum potest hodie ullis communi sensu præditis: fuisse tum in ecclesia Corinthiaca, quando illa Apostoli sententiā de hisce rebus requirebat, minime paucos Patres, (nam & in nostris permulti tales reperiuntur) qui indecorum existimarint & sibi, & filiabus suis, si filias domi suæ innuptas diu seruasent. supra nubilē ætatem. Nam Paulus ὑπερακμωv dicit, id est, ultra quā adultam. Inter gentes enim illi, & in urbe uiuebant, ueneri, luxuicq; omni ita dedita, ut prouerbio illi, Nō est cuiusuis adire Corinthum, causam dederit. Cuiusum quoq; & amicorum suorū ethnicorum, gratiam, & uiciosa iudicia tanti adhuc pleriq; Corinthiorum faciebant, ut illorum etiā idololatricis sacrificijs communicarent: deq; uera castitate sentiebant tam adhuc malignē, ut necesse haberent moneri, idēq; tam multis, fornicationē esse Christianis fugiendam, & regno Dei excludere.

Adhæc quis dubitet fuisse Corinthi etiam inter sanctiores uiros, qui Dei, nō uulgi iudicium ueriti, indecorū sibi & filiabus suis arbitrati sint, filias suas ultra ætatem, quæ matura nuptijs habebatur, seruare uirgines: ex metu scilicet, uel uitij, quod offerri, uel probri, quo earum oblædi fama poterat, in urbe præsertim tam licentiosa.

Quis itaq; nō uideat, satis superq; ambigui & dubitationis uerisimiliter extitisse apud Corinthios,

de filiabus ultra nubilem ætatem seruandis in uirginitate, quod tollere Apostolus sua doctrina debuerit, docendo, qua ratione filiarum, pie uel seruari uirgines, uel tradi nuptui debeant. Nihil ergo in hoc Apostoli responso, secundum nostram interpretationem, inest, quod uideri queat esse frustra, & non iusta & necessaria de causa scriptum.

Tantundem in eo apparet, quod iudicari queat esse dictum inuoluntè, obscure, aut minus ad propositam sententiã appositè, & disertè. Prædicauerat per multis Apostolus cœlibatus & sanctitatem, & comoda, ut inde uideri potuerit, uti Ambrosius in hunc locum scripsit, coniugia esse inutilia, & abijcienda. Sicut ergo in prioribus suis responsis, in hoc capite perscriptis, fecit: ita uoluit & in hoc responso facere, qua religione uerus & gratus Deo cœlibatus sit suscipiendus, & fouendus. Prouidebat enim spiritu immanè illam Ecclesię cladem: quam ei Satã ex prepoſtera & superstitiosa cœlibatus admiratiõne infixit.

Scripsit igitur, Si quis parum honestum sibi ac filiarum suarum ducat, uel propter aliorum præiudicia, uel ex suo proprio iudicio, quod nimirum aut uitium, aut probum filiarum metuat, seruare filiam ultra id temporis, quo puellæ maturæ nuptiis habentur, & oportet ita fieri, quod uult faciat, non peccat, iungatur matrimonio. In his uerbis, cum adiecit (Et oportet ita fieri) nonne clarè docuit, patrem debere religiosam iudicij sui rationem ducere, ideoque secundum Dei uerbum probè perpẽdere, quid Deus de filia sua statuerit. Cum uerò addidit & illa, Non peccat, iungatur matrimonio: confirmauit his uerbis piã coniugij existimationem, sanctumque usum; de quo ita accurate

ratè mōneri, si non eos quibus tū rescribebāt, postea  
 ros tamen eorum, prospiciebat opus habere. Ver-  
 bum enim Dei, & doctrinam sciebat se dispensare,  
 qua ad finem usque mundi sanctos institui, regi-  
 oportet. Quamobrem seruatu-  
 ros filias suas uirgi-  
 nes pluribus admonuit: Qui, inquit, stat firmus in  
 corde suo, non habens necessitatem, &c. Quo do-  
 cuit, quàm religiose pater inquirere debeat, an fi-  
 liam suam Deus ad piam uirginitatem fecerit, & do-  
 nis suis instruxerit, & utrum potestatem sibi seruan-  
 di filiam fecerit, an necessitatem potius offerat eam  
 elocandi: de quo haudquaquam temerè, & ex in-  
 consulta, uel sua, uel filiaē affectione, aut persuasione  
 debet decernere: sed debet in corde suo, hoc est, re  
 omni & cunctis circumstantijs piè & sapienter per-  
 pensis, ex uerbo & spiritu Christi iudicare, ut stare  
 coram Deo possit in sua sententiā firmus, non redar-  
 guente eum sua conscientia: ut qui illud de filia sua  
 statuerit, quod non ad Dei gloriam, & Ecclesiae æ-  
 dificationem in ea conferat.

Ad hunc ergo modum, dum hæc Apostoli uer-  
 ba interpretamur, quid quæso uideatur in illis scri-  
 ptum esse, pijs duntaxat hominibus, non diser-  
 tè, non dilucidè, non appositè & religiose? Ut  
 igitur Vintoniensi uerba ista Apostoli, hoc ue-  
 ro & genuino eorum sensu, frigeant, ridiculaq;  
 & inepta uideantur, talia certè nunquam uidebun-  
 tur ijs, qui sunt Christi spiritu & mente sana præ-  
 diti:

Poterat sententiam istam, inquit Vintoniensis,  
 si eam docere uoluisset, eloqui paucis uerbis, reicq;

quæ agebatur consentaneis. Ostendât igitur ipse; quid in his uerbis, iuxta nostram interpretationē, persuadat, aut institutæ rei minus congruat. Non modo nihil tale cernimus: sed nec tot sanctissimi Patres, & idonei Apostoli interpretes, aliquid huiusmodi uiderunt.

Ex his itaq; cognosci abundē potest, quā irreligiosa procacitate, Vintoniensis blasphemarit hanc, non tam nostram, quā S. Patrū, suiq; Photij, eorū hactenus suam ipsius interpretationem, esse apprimē ridiculam, frigidam, obscuram: & ex qua uerba Spiritus sancti uideantur esse frustra, & sine sensu dicta.

Iam perspiciamus, an in his Apostoli uerbis, iuxta eandem S. Patrum, & nostram interpretationē acceptis, uideatur inesse aliquid *ἀνομιαν*, aut quod se cum pugnet. Id uult Vintoniēsis ex his duobus suis commentis apparere. Vno, quod Paulus dicat, si quis uerō firmus statuatur in corde suo: nihil autem firmi statui à patre posse de filia, si is incertam filia, & dubiam conditionem, atq; uoluntatem adhibere in consiliū debeat: maximē cum nos dicamus, neminem omnino certō scire unquam posse, si ipsemet ad perpetuum cœlibatum sit uocatus. Altero, si sequenda patri sit Dei de filia uocatio, utrū de illa statuatur, seruandam eam sibi esse, uel tradēdam nuptui, semper habiturum iudicij sui necessitatem, nunquā liberam uolūtatis suæ potestatem, ut uerē dici de eo nūquā possit, Nō habēs potestātē. Vocationē enim Dei illum semper oportere sequi necessariō.

*Nemo de  
sua cōditio*

Ad prius sophisma respondeamus, neminē quidem, ac ideo nec puellam uirginem, posse ex se certo scire,

scire, quid Deus de se statuerit: uel in præsens, ne- <sup>ne certè po</sup>  
 dum in futurum: multo minus in perpetuum. At <sup>testatuerit</sup>  
 qui serió orant Deum, ut eos doceat cognoscere & <sup>ex se.</sup>  
 sequi in omnibus suam uoluntatem, & ducat in se-  
 mitis suis, eos benignissimus pater non sinit in du-  
 bijs hæere deliberationibus, sed ostendit eis, ut  
 Psalm. canit, uias suas, et docet eos semitas suas. Di- <sup>Deus fir-</sup>  
 rigit enim mansuetos in iudicio, & docet mites uias <sup>matres suo</sup>  
 suas. O quis ille? Vir, inquam, qui timet Dominum: <sup>rū. Psal. 25.</sup>  
 nam docebit eum uiam, quam elegit. Porro religio:  
 so studio, & pijs precibus hoc Dei beneficium, ut o-  
 mnia, quærendum, & orandum est.

Christianus igitur pater, consulturus filia, non  
 tam suę iam, quàm Dei, inuocato primò spiritu Chri-  
 sti, & per se, & per filiam, atq; totam cùm domum,  
 tum Ecclesiã ( nisi enim hic iudicium patris firmet,  
 uagum & instabile erit quicquid decreuerit ) sum-  
 ma explorabit religione, qua nam sit illa conditio-  
 ne, qua uoluntate prædita, quibus uel Dei donis in-  
 structa, uel etiam destituta: atq; hinc, ad utrum uitæ  
 genus Deus ipse uocatam à se filiam declaret. Sic ue-  
 rò oranti, & quærenti patri, cùm cognoscere, tum e-  
 tiam facere, de filia sua id, quod Deus ipse de ea fieri  
 uelit. idem Deus, & pater noster benignissimus da-  
 bit, ut id pater de filia statuatur sua, & iudicet, quod  
 sicut ab ipso est præiudicatum & statutum: ita nõ po-  
 terit non & patri & filia fore salutare, atq; honestū.  
 Idq; Deus ipse quoq; firmum efficiet, & stabile, ut fi-  
 lia seruiat ipsi constanti sanctitate corporis & spiri-  
 tus, quamlibet imbecilla sit ex se, & incerti proposi-  
 ti. Consilium enim Domini in æternum perstat, &  
 confirmat opus suum ipse, quodcunq; in suis opera <sup>Psal. 39</sup>  
 i 3 tur,

tur, ut ad finem usque suum salutariter perseveret. Firmum itaque Deus, & stabilem faciet quoque pium coelibatum, in ijs omnibus, quos ad eum ipse uocarit, donec is fuerit illis salutare. Dum enim secus esse coeperit, uocantem illi sequi Deum debent, & eius iussu coelibatum permutare sancto coniugio: id est nemini uel inconstantiae, uel ullius uitij notam inuret, apud filios duntaxat Dei. Ab hominibus enim huius seculi condēnari & haberi ludibrio, propriū est eorū, quos iustificat & glorificat Deus.

Ista iam rideat, & excretur quantum uelit Vintoniensis sanctitas, & constantia: tamen, qui uerae sanctitati & constantiae in iusta Dei obedientia studēt, hi ponunt cuncta sua tempora, & uitae momenta in manu Domini: huic praebent dexteram suam, seseque ipsi eius consilio regendos in rebus omnibus, & omni tempore, penitus permittunt, omniumque suorum & consiliorum & factorum constantiam & stabilitatem petunt ab ipso, cuius omnia madata firma sunt, & suffulta in seculum & seculum.

*Psal. 31.*

*Psal. 73.*

*Psal. 111.*

Hac igitur qui pie perpenderit, agnoscent satis, nihil in nostra esse huius Paulini loci interpretatione, quod non plane consentiat & cum his Apostoli uerbis, quibus requirit, ut pater de filia sua seruanda statuat, & iudicet in corde suo firmus.

Quod iam iterum sophisticatur Vintoniensis, de decreti paterni necessitate, quod pater secundum nostram interpretationem, requirentem, ut uocationem ille sequatur Domini, nunquam non habiturus sit agendi necessitatem, eo quod nunquam uoluntatis suae potestatem, postquam pius pater necesse semper

per habeat Dei de filia uocationem sequi, hæc uide-  
tis ipsi, quàm indigna sint, de quibus multa uerba  
faciamus. Nam si pater uiderit filiam uocatam ad ui-  
tam cœlibem, an non iam nullam habet necessita-  
tem tradendæ eam nuptiæ, sed liberam potestatem  
seruandæ eam uirginem? Contrâ si agnoscat uoca-  
tam ad sanctas nuptias, nonne nullam habet neces-  
sitate seruandæ eam uirginem, sed potestatem li-  
beram eam elocandæ: quanquam id reuera fieri  
oporteat, sit que necesse postquam ita uisum sit  
Deo?

Hæret semper Vintoniësis in eo errore, quasi pug-  
net cum libera uoluntate omnis necessitas: cum ea  
tantum necessitas libertati aduersetur uoluntatis,  
quæ in se habet aliquid coactionis & uiolentiæ: qua  
lis nulla necessitas sequentibus ex fide uera uerbum  
Dei incidere potest.

Sicut enim in Deo, & in beatis apud Deum, inde  
summa est rectæ uoluntatis & uitæ necessitas, quia  
liberrima eis est, & lubentissima omnis boni & re-  
cti uoluntas: ita & fide Christi, & fidei actionibus,  
quibus uitam & cœlestem & diuinam, quoad licet,  
hic uiuere incipimus, hoc plus est uerè liberæ ac lu-  
bentis uoluntatis, quo plenior est in his ueritatis &  
bonitatis necessitudo, id est, actio purior solidiorque  
Dei. Necessarium ad salutem est, diligere Deum: &  
quicquid uerè nouit, necessariò etiam diligit Deum.  
Ex eo autem quis dicat, credentes Deo diligere Deum  
inuitos, & non liberam habere diligendi Deum, ut  
uoluntatem, ita & potestatem?

Natus ex Deo peccare non potest, nū propterea  
absti-

*Nō omnis,  
sed coactio  
nis tantū ne-  
cessitas, cū  
libero arbi-  
trio pug-  
nat.*

*In actioni-  
bus diuinis,  
quod est ma-  
ior neces-  
sitas, id est  
plenior Dei  
actio, hoc  
lubentior est  
uoluntas.*



abstinet à peccato coactus, aut non habet liberam  
benefaciendi potestatem? Sed de hac re plura in iu-  
sta nostra contra Vintoniensis calumnias defen-  
sione.

Nunc ista quæ diximus, sufficient, ut inde id per-  
spiciatur, nec ex isto Vintoniensis commento, de  
proprietate & dissidio inter se harum, & uocum &  
rerum, potestatis & necessitatis, euinci, inesse quic-  
quam in nostra interpretatione, quod cum Aposto-  
li uel uerbis, uel sententiâ, non per omnia cõgruat,  
& sit consentaneum. Atq; ita manifestũ est, illa Vin-  
toniensis conuicia, sicut interpretationis frigida &  
ridicula, & inepta, ita etiã interpretationis nõ consi-  
stentis, & cum Apostoli uerbis pugnantis, hære-  
omnia, in ipsius commentis: nec quicquam eorum  
in ea loci huius Apostolici, de quo agimus, enarra-  
tione, quam nos post tot S. Patres & probatos A-  
postoli interpretes attulimus: conuincit; hinc, non  
nos, sed ipsum Vintoniensem irreligiosæ in Aposto-  
li uerba audaciæ, & in uenerandam Ecclesiæ antiqui-  
tatem non modo superbæ contemptiõnis, uerume-  
tiam impiæ maledicentiæ.

*Conclusio.*

Hęc de loci illius interpretatione, Si quis indeco-  
rum putet de uirgine sua, &c. respondere paulo fu-  
sum est: propterea, quod uerus & germanus loci hu-  
ius intellectus, ad iustitutam à nobis defensionem li-  
bertatis Christianæ, perinde ad sanctum cõiugium,  
atq; ad pium cœlibatum, semper concessæ, pluscu-  
lum facit: tum etiã quod Vintoniensis in hoc se lo-  
co importunius contra nos iactat.

Quæ idem aduersarius in quinq; Pauli cautio-  
nes,

nes, quas illum commendationibus cœlibatus adiunxisse, in responsione mea ad Latomum annotavi, sophisticatus est, iustæ nostræ contra illius calumnias & sophismata defensionis reservare res ipsa cogit: quandoquidem præsens responsio huc usq; excreverit.

De duobus tamen adhuc locis monendum paucis lectorem existimo: eo quòd & ex illorum genuina intelligentia solidius patet, quàm Spiritus sanctus p̄i conjugij libertatem confirmare per ea voluerit, quæ 1. Corinth. 7. de conjugio & cœlibatu disseruit: tum quod & ex horum quoque locorum tractatione, Vintoniensis, miròs de nobis, sed nondum devictis, egit triumphos. Vnus horum locorum est, conciliatio & enarratio harum sententiarum, Non est bonum homini esse soli: & Bonum est homini, mulierem non tangere. Alter locus est, interpretatio dicti huius, propter fornicationes verò unusquisq; habeat uxorem suam, &c.

De priore ergo nos loco flagellat Vintoniensis, *Non est bonum homini esse soli.* quod eam Domini sententiam, quam de Adamo, ut parente generis humani, non de quolibet viro dixerit: nos ad singulos viros, matrimonio idoneos, & ad cœlibatum non uocatos, pertinere dicimus. At quis doctrinæ Christianæ non omnino expers, non agnoscat, eos qui nec corpore ad conjugium sunt inepti, nec animo & corpore ad cœlibem uitam propter regnum cœlorum destinati, & uocati, hoc est, qui in nullo eorum hominum genere comprehenduntur, quos Dominus cōiugij uocatione excepit Matthæi 19. esse, quod ad sanctum conjugium attinet, in eadem, in qua Adam primus factus fuit, conditione:

ditione: ut nec ipsi bonum sit, hanc uitam absq̄ uxoribus transigere: propterea, quod & illos Deus bonus, ad coniugium uocarit, uelētq̄ eos in hac, non in uitæ cœlibis sibi uocatione seruire. His itaque bonum est, & mulierem tangere si quam habent: (quod Vintoniensis fatetur) & accipere, si non habent, quod item fateri cogitur: nisi contradicere uelit Spiritui sancto in his, Si nō continent, iungatur matrimonio, Melius est nubere quàm uiri, Volo iuniores uiduas nubere.

Bonum est  
homini mu-  
lierē non tā-  
gere.

Quamquam autem ita res habeat de uocatis ad coniugium, tamen, quia aliquando erimus omnes sicut angeli Dei, nuptiarum omnino expertes, & hoc beatiore Spiritus sanctus eos pronunciat, qui hic pio cœlibatu ad felicitatem illam accesserint propius: cur non diceremus, omni quidem homini per se bonum esse, mulierem propter regnum cœlorū, non tangere, si uniuersam eius spectes cōditionem: non autem, si uocationem in hac uita, siquidem illa sit ad coniugium.

Philip.

Sicut Paulus dixit, multo melius esse se dissolui, & esse cum Christo: cum respiciebat nimirum in uniuersam suam uocationem, & recuperatam in Christo uitam æternam. & tamen huic suo dicto statim subiecit, Permanere uerò in carne, magis necessarium est propter uos: atque ideo etiam hactenus melius, propter uocationem scilicet, & opus salutis multorum, quod Dominus per hunc suum Apostolum uoluit perficere. Quod itaque per se, & melius, ac ideo optabilius Apostolo erat: id agnouit pro tempore, atq̄ iussu Dei ad eò non melius, ut contrarium eius melius iudicaret: eòq̄ ipso hoc amplius.

plius, sed pro suo tantum tempore expetiit, quo id agnouit magis necessarium: hoc est, & Deo gratius, & salubrius hominibus. A deo non pugnant inter se, ut dixi, in rebus fidei, necessarium & uoluntarium.

*Quo quicque magis necessarium, hoc sanctis etiã amplius uoluntarium est.*

Hæc te quaeso, pie lector, propius intuere, ac deinde iudica ipse, an non planè ad eundem modum, uita cœlebs (nequaquam tamen illa, pro qua pugnat Vintoniensis, sed pia & angelica, id est, quæ deseruit tota summo regni Christi prouehendi & ornandi studio, per solidam sanctitatem corporis & spiritus) sit simpliciter, & per se, cunctis electis Dei expetibilior, ac ideo melior, uita coniugali: ut quæ hac tanto plenior habeat in se uitæ cœlestis cum meditationem, tum gustum? Et tamen, cum Deus uelit ad finem usque huius seculi producere cotidie & educari homines, etiam suorum sanctorum ministerio, qui hic quoque eum inuocent & glorificent, unumquenque sanctorum, quos Deus ad uitam uocarit coniugalem, rectè dicere cum Apostolo, Optarim quidem solutus uinculo coniugij, iunctissimè adhærere Deo meo, & regno eius amplificando, atque decorando, hoc deseruire & expeditius & sanctius, atque hoc ipsum longè melius esset: at quia uideo illud magis esse necessarium, quia Deo meo placitum est (ex quo solo est, ut bonum & salutare sit quicquid eiusmodi est) ut Deo meo seruiam sub iugo matrimonij, fiat eius uoluntas, & det ipse, ut in hac difficiliore & ærumnosiore uitæ conditione, gratum ipsi, & Ecclesiæ eius salutare præstem meum ministerium.

His quid obsecro confundimus earum rerum,

k 2      quæ

quæ sunt uixæ & laboris, cum ijs quæ termini sunt & præmijs, cuius me insimulat Vintoniensis: Quid adferimus noui, quid absurdi? Quid denique, quod non solum cum nullo scripturæ loco, sed etiam in aliquo minus congruat cum doctrina sanctorum Patrum? Attamen, quàm superbè insultat mihi & amarè hic Episcopus, ob hanc memoratorum locorum interpretationem & conciliationem?

Idem fecit, & æquè uanis fretus commentis de eo, quod illud, Propter fornicationem uerò unusquisque uxorem suam habeat: interpretatus sum, unusquisque uxorem accipiat, sicut præceptum habendi ualet in his Domini dictis, Habete fidem, Habete falem in uobismetipsis. Vintoniensis enim uerbum hoc (habeat) uult idem pollere, atque retineat eam, & fruatur ea quam iam habet. Non desunt hic quidem Vintoniensi suæ interpretationis authores ex S. Patribus, sicut & eius coniecturæ, quam sequitur, de quæstione Corinthiorum, ad quam Apostolus hoc loco respondit. Sed nouit id quoq; Vintoniensis, sanctorum Patrum autoritate nullam posse sanciri nec regulam fidei, nec scripturæ aliquam interpretationem, ut ea recipienda sit necessariò omnibus. Nouit etiam, nostræ de coelibatu sententiæ demonstrationem nequaquam niti uel uerbi huius (habeat) interpretatione, uel coniectura de Corinthiorum quæstione. Axiomata quibus illa consistit, supra commemorauimus: ea nobis inuicta perstant, quicquid sit tam de Corinthiorum quæstione, quàm de proprio præsentis præcepti sensu, Propter fornicationem unusquisque uxorem suam habeat. Cuius fallus sum germanam

Vnusquisq;  
suâ habeat  
uxorem.

Marc. 1.

et 9.

nam interpretationem pendere à Corinthiorum quæ-  
 stione, cui Apostolus hoc loco instituit responde-  
 re: quæ autem hæc quæstio fuerit, conijciendum  
 esse ex Apostoli responsis, certo sciri non posse.  
 Vintoniensis autem tanquam pro certo pronun- *Audax Vin-*  
 ciat, Corinthios dubitasse, num Christiano liceret *toniensis in-*  
 ductæ ante Christianismum uxori etiamnum adhæ- *re dubia*  
 rere, & de eo doceri se ab Apostolo petiisse: nec ha- *pronuncia-*  
 bet tamen huius coniectationis aliam rationem, *tio.*  
 quam, Dominum dixisse, Qui non reliquerint pa-  
 rentes, uxorem, liberos, eos non posse esse suos di-  
 cipulos, & alia huiusmodi de mundi, uitæq; præ-  
 sentis contemptu: & ex his Domini dictis Corin-  
 thios tantum ad uitam cœlibem concepisse ardo-  
 rem, ut dubitarint de coniugio, num retineri in  
 Christianismo posset. Habetis coniecturæ Vinto-  
 nienensis rationem.

Hanc autem conferte uos cum ijs Apostoli re-  
 prehensionibus, & admonitionibus, quibus Co-  
 rinthios ipse notauit, perquam grauis negligentia  
 in seruanda uera uitæ castitate, & in coercenda &  
 profliganda à se manifesta impudicitia, fornicatio-  
 ne, incoestu: has inquam reprehensiones & admo-  
 nitiones, quas legimus in priore ad Corinthios Epi-  
 stola capitibus 5. 6. & 7. & in posteriore 12. pie expen-  
 dite, ac deinde quid Vintoniensis & coniectura,  
 & coniecturæ ratio habeant uerisimilitudinis, sta-  
 tuite, quamq; cum tanto cœlibatus studio, quan-  
 tum illis tribuit Vintoniensis congruat, iudicate.  
 Si enim Corinthij ex illis Domini dictis, quibus ab-  
 negationem requirit uxorū, liberorū, mundiq;  
 totius, atque animæ propriæ, eo uitæ cœlibis &

cœlestis studio cœperunt exardere, quod commentum Vintoniensis affert, ut dubitarent, num Christiano liceret retinere uxorem iam ductam: qui potuerunt uenire eò leuitatis & stuporis in Christi disciplina, ut excitandi Apostolo fuerint reprehensione tam acri, ne putarent dissimulandam in Ecclesia sua fornicationem, qualis ne inter gentes quidem audiebatur, ut quis nouercam suam haberet uxoris loco: atque docendi & admonendi tam multis, tamq̃ grauibus argumentis, fornicationem esse Christianis fugiendam, & auellere eam à Christo, regnoq̃ eius excludere:

Iam post hæc tam graues & peracres reprehensiones, & admonitiones, scripsit ad eos Apostolus, se metuere, ne cum redeat ad eos, Deus ipsum humiliet, ut pœnitentiæ luctum pro illis suscipere cogatur, qui de immunditia, fornicatione & lasciuia, quam admiserant, nullam egissent pœnitentiam. Hos' ne igitur uerisimile sit, cœlibatus studio inarsisse adeò supra modum, ut laborandum Apostolo fuerit (sic enim scribit Vintoniensis) in eorum ardore temperando:

An non multo probabilius sit, primum perpaucos aliquos in Ecclesia Corinthiaca extitisse, qui castrationem propter regnum cœlorum intellexerunt, & re ipsa amplecti cœperunt, suisq̃ ut eam susciperent, authores fuerunt: tum alios, tam eos qui tam ægrè in castitate retinebantur coniugali, quam etiam nonnullos, qui ex horum intemperantia, aliorum, qui profiteri cœlibatum cœperant, pudicitia metuebant, huic nouo inter eos cœlibatus studio

dio reclamasse : hocq̄ uiuendi genus , uel parum  
 dignum , uel minus tutum Christianis censuisse. Si-  
 cut non solum apud mundi sapientes , quos pleriq̄  
 Corinthiorum , ut adhuc in Christo lactanei & car- *In opere,*  
 nales , pluris æquo faciebant : uerum etiam apud E- *quod Arba-*  
 bræos , qui doctrinam Dei profitebantur , cœliba- *turim uo-*  
 tus uitio dabatur , coniugium laudî. Antiquissimi *cant, in tra-*  
 enim Ebræorum , eos qui ultra idoneam matrimo- *statu יבית*  
 nio ætatem cœlibes manent , idq̄ non causa discen- *cap. 2*  
 dæ legis Dei , pronunciant obnoxios esse crimini  
 fusi sanguinis , imminutæq̄ gloriæ & maiestatis  
 Dei in populo Israel : & indignos proinde , qui in  
 populo Dei tolerentur . Tanti fecerunt officium  
 procreandi liberos in populo Dei , cum his consen- *Plato de Le-*  
 tientes sapientes Græcorum , censuerunt , eos qui *gibus lib. 6.*  
 usque ad trigelimum quintum annum cœlibes es-  
 sent , & mulctarentur pecuniâ , & afficerentur igno-  
 minia , & nominatim ea , ut nemo illis eum hono-  
 rem exhiberet , qui solet à minoribus exhiberi se-  
 nioribus .

His itaque ex causis uerisimile est , fuisse inter Co *1. Cor. 1.*  
 rinthios exortas hac de re contentiones , ut cõtendē *et 3.*  
 di malo alio qui erant obnoxij : eamq̄ ob rem uisum  
 fuisse toti Ecclesiæ , sciscitari per epistolam ab Apo-  
 stolo , num & cœlibatus , & quis cœlibatus Christia-  
 nam deceret religionem ? Certè Apostolus hoc lo-  
 co longè pluribus in ijs immoratur , quibus com-  
 mendat cœlibatum , quàm quibus coniugium : ea  
 uerò commendatione ad quid opus fuit apud eos ,  
 qui tanto iam ipsi cœlibatus studio flagrabant ?  
 Quòd enim nec coniugium Apostolus in his suis



responsis sua destituit commendatione, magis ea causa fecisse uidetur, ne coelibatus commendatio in peruersum (quod tamen est factum) sensum, à posteris raperetur, quam quod tum opus habuerint Corinthij doceri, cōiugium esse licitum & sanctum: qui scilicet tam ægré persuadebātur, fornicationem esse illicitam, & cum Christianorū sanctitate & professione pugnare.

Vos de utriusque & coniectura & coniecturæ rationibus iudicium facite. Equidem, quanquam uidetis quanto sint nostræ, quam Vintoniensis, coniecturæ probabiliiores: his tamen non nitimur in hac causa, sed ijs claris, & à Deo discretè pronunciatis oraculis, quæ præmissi, & ex quibus nostras demonstrationes conclusi: illa si poterit Vintoniensis, infirmet, & suæ opinionis solida adferat fundamenta: non sophismata tam futillia, & captiunculas calumniosas. Verùm ille in utraque sua contra me Epistola, in ijs se maxime iactat locis, in quibus status controuersiarū inter nos non consistit: fortiter transilitis ijs argumentis, quibus & doctrina nostra potissimum nititur, & eius contradictio omnino iugulatur.

Sicut fecit & de loci illius interpretatione, cæteri dijudicent, in priore Epistola ad Corinthios de cimo quarto, quem obiecimur Latomo, & alijs nostris aduersarijs, qui fidem populi Dei Romano Papæ, & huic obnoxij concilijs addicere conantur. Quia enim hoc Apostoli dictum & de reliquis tantum prophetis intelligi potest (quanquam id necesse non sit, imò & uerbis & sententiæ Pauli longè magis

magis congruat nostra interpretatio, quã & D. Ambrosius tradidit, singulis in Ecclesia hoc loco deferri, ut audita à Prophetis examinent, & de eis interrogent, sicut D. Ambrosius uerbũ *Ἀληθινὴ ὁμολογία* reddidit: sic debacchatur tamen Vintoniēsis in nos, quod illud solemus de omnibus audientibus in Ecclesia intelligere, tanquam si deprehendisset, nos uoluisse præcipuum aliquem fidei nostræ articulum euertere. Interim de ipso controuersiã statu nihil. Atqui etiam si huius loci auctoritatem aduersarijs concedamus, tamẽ quã multis claris et indubitatis scripturarum testimonijs demonstrauius, id quod nos in hac controuersia contendimus, unumquẽ scilicet Christianum oportere ex spiritu Dei ipsum cognoscere, & diiudicare, quicquid ei tanquam Dei præceptum uel uerbum offeratur, à quocunq; demum illud offeratur: ut sit nimirũ unusquisq; uerẽ doctus à Deo, & uerẽ credat, non hominibus, sed Deo: possitq; anathema habere etiam angelum de cœlo, contrarium offerentem.

Ad eundem omnino modum nos inuasit & de Eucharistia, eiusq; adoratione. Verũ de his & cæteris huius hominis calumnijs, suo loco satisfaciam: & quã etiam mihi luculentam iniuriam faciat, obijciendo cùm certamen cum nostris hac de re, tum etiam prius defensæ doctrinæ retractationem, demonstrabo. Quanquam de his, pijs pridem rem ipsam omnem ut habet, exposuerim in meis in Euangelistas enarrationibus & retractationibus. Nunc quia alioqui præfationis modum pridem excessi, finem faciam refutandi hominis istius calumnias & sophismata: atq; hæc omnia uestro, ac piorum om-

num iudicio offero & subiūdo. Oroq; Deum & patrem Domini nostri Iesu Christi, ut & huic, & ceteris omnibus aduersarijs, non tam nostris, quam regni filij sui, donet spiritum suum, Euangelijq; sui lucē in eorum mentibus accendat, quo in tempore à fiducia sui ipsorum conuersi, osculentur filium ipsius, priusquam exardescente in eos huius ira, pereāt de uia.

Idem Seruator & bonus pastor noster, custodiat & regat, omniq; cœlesti benedictione sua cumulet, Serenissimum, & tam pietate quam potētia suspiciēdum Regem uestrum, illustrissimum & potentissimum regni protectorem: religiosissimum & sapientissimum Archiepiscopum Cantuariensem, Ecclesiarum Anglicanarum uerē primatem, atq; clarissimū Senatū Regium totum: & utriusq; procurationis Ecclesiasticæ & politicæ administratos, cum uniuerso populo Christi: quo restitutis penitus Ecclesijs uestris, ex his deinde multis alijs nationibus Ecclesiarum instauratores mittantur: uti olim, collapsa propē in plerisq; Gallia & Germania regionibus, religione Christi, cum ipsa scripturarum bonarumq; artium cognitione, uestrae Ecclesiae dederunt uerē uenerabilem Bedam, & eximiae religionis & doctrine uiros Alcuinum, Claudium, Ioannem Schotum, & ante hos Bonifacium, et alios complures admodum studiosos, ut ea tempora ex arcana Dei dispensatione ferebant, Ecclesiarum Christi instauratores. Huius amplissimi Dei beneficij per uos ad multas Europæ regiones peruenturi, non paruam nobis spem facit Regis uestri, in hac aetate, & in ista potentie amplitudine amor in puram Christi religionem, & bonas literas tam ardens, indefessumq; studiū: tum singularis

gularis illa & antiqua Dei in regnum uestrum bene uolentia, qua reges uobis persæpe dare dignatus est præcipuos bonarum literarum & artium amatores & propagatores, iam inde à sapiētissimo illo Rege Sigiberto, qui circa Annū Domini M. D. CXXX. sicut Cantabrigiens. Academiā, ita plurimas alias per regnum suum scholas primus fundauit, & ornauit. Quo Dei dono prudentissimus & fortissimus Rex Henrichus VII. ita excelluit, ut hodie nullum regnum sit, quod plures habeat uerè doctos ac pios proceres, nullum in quo episcopi quoq; tanta doctrina atq; pietate excellent: utcunq; Vintoniensis meus eruditionem suam, qua per ampla certè à Deo est donatus, cruci Christi nondum subiecerit.

Nostra itaq; & omnium Christi regnum uerè amantium partes sunt, ut indesinenter preces ad Deū patrem nostrum, per filium eius Dominū nostrum Iesum Christum, ardentissimas fundamus, ut hoc suum opus cœptum apud uos tam feliciter: opus salutis, non uestræ tantum, sed complurimorum filiorum Dei per uos, restitutionem inquam regni sui, pari felicitate perducatur & perficiatur: atque ad hoc ipsum opus cotidie potentius prouehendum, clementer conseruet, & benignè donis suis augeat, cum Serenissimum Regem, tum omnes eius fideles consiliarios & ministros, et in ciuili et in Ecclesiastica procuratione. Spiritū ergo ista precādi excitet et corroboret Dominus, uobis & nobis, ac suis omnib. precēsq; nostras exaudire dignetur. Amen. Rogabitis quoq; Deum & Patrē nostrū per filiū eius Dominū nostrum Iesum Christum, ardentibus uotis, pro nobis Germanis, ut quos fecit illustratione & regni sui  
restit.

restitutione hoc seculo primos: ne sinat nostra in-  
gratitudine fieri in huius beneficij fruitione postre-  
mos, Gratia Dei sit cū omnibus nobis: Amen,

Anno Christi M D X L V I I.

Mense Nouembri.

Deditis. uobis in Domino,

Martinus Bucerus in  
ministris Ecclesie Ar-  
gentoratensis.



